

Hymnographi byzantini Quorum nomina in litteras digessit  
notulisque adornavit

Casimir Emereau

---

**Citer ce document / Cite this document :**

Emereau Casimir. Hymnographi byzantini Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit. In: Échos d'Orient, tome 21, n°127-128, 1922. pp. 258-279;

doi : <https://doi.org/10.3406/rebyz.1922.4344>

[https://www.persee.fr/doc/rebyz\\_1146-9447\\_1922\\_num\\_21\\_127\\_4344](https://www.persee.fr/doc/rebyz_1146-9447_1922_num_21_127_4344)

---

Fichier pdf généré le 14/04/2018

# HYMNOGRAPHI BYZANTINI

QUORUM NOMINA

IN LITTERAS DIGESSIT NOTULISQUE ADORNAVIT

C. ÉMEREAU

---

*Sacrorum byzantinorum poetarum, quos de more hymnographos vocant aut melodos, parvus hic catalogus jam pridem a me, ad usum theologicarum scholarum in privatis lectionibus, fuerat descriptus; quem quidem ut festinus evulgarem amici fratresque etiam atque etiam rogavere coegereque suasu forte temerario. Tantum enim abest ut lectoribus exhibeam opus numeris omnibus absolutum, ut in eo. non nisi quaedam subsidia eaque levissima, ad historiam litterariam liturgicae byzantinae poesis melius describendam, velim quaerant. Spes quippe magna me tenet, alios fore qui nomenclaturae ejusmodi utilitate provocati, opus istud rude et imperfectum expolire curabunt, et, ubi ampliores inde conceperint molitique fuerint labores, hymnographorum illorum digniori calamo laudes pandent atque merita. Refert catalogus variorum nomina poetarum, qui carmina liturgica, kontakia nempe, canones, idiomela et alia cujuslibet generis troparia, servatis ad amussim rhythmicae poesis legibus, diversa per tempora, etiam post captam Urbem, pepigere: inde fit ut hos omnes sine discrimine byzantinos appellaverim, habita eorum potius artis quam aetatis ratione.*

## LIBRI SAEPIUS ALLATI

*A. B.* = *Analecta Bollandiana*, Bruxellis.

*B. Z.* = *Byzantinische Zeitschrift*, Lipsiae.

BRETOS (A.-Papadopoulos) N. Φ. = *Νεοελληνική Φιλολογία*, Athenis, 2 tom. 1854-1857.

CHRIST et PARANISKAS *A. G.* = *Anthologia graeca carminum christianorum*, Lipsiae, 1871.

*E. O.* = *Échos d'Orient*, Parisiis.

FABRICIUS *B. G.* = *Bibliotheca graeca*, Hamburg. edit. 1705-1728.

KRUMBACHER *G. B. L.* = *Geschichte der byzantinischen Litteratur*, Monac. 2<sup>a</sup> edit. 1897.

LAMPROS *C. A.* = *Catalogue of the greek manuscripts on Mount Athos*, 2 vol. Cantuariae, 1895-1900.

LEGRAND B. H. = *Bibliographie hellénique*, xv<sup>e</sup> et xvi<sup>e</sup> s. 4 vol. 1885-1906; xvii<sup>e</sup> s. 5 vol. 1894-1903; xviii<sup>e</sup> s. (continuatur Legrand a L. Petit et H. Pernot), 1918, Parisiis.

M. B. = Μαυρογορδάτειος Βιβλιοθήκη, ἕτοι γενικὸς περιγραφικὸς κατάλογος τῶν ἐν ταῖς ἀνά τὴν Ἀνατολήν βιβλιοθήκαις εὕρισκομένων ἑλληνικῶν χειρογράφων, καταρτισθεῖσα καὶ συνταχθεῖσα κατ' ἐντολήν τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἑλληνικοῦ Φιλολογικοῦ Συλλόγου, ὑπὸ Ἀ. Παπαδοπούλου Κεραμέως. Constantinopoli, 1884.

PAPADOPOULOS (G.) Σ. Μ. = Συμβολαὶ εἰς τὴν ἱστορίαν τῆς παρ' ἡμῶν ἐκκλησιαστικῆς μουσικῆς, Athenis, 1890.

PAPADOPOULOS-KERAMEUS (A.) Ι. Β. = Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη, 4 vol. Petropoli, 1891-1899. — Ejusdem auctoris A. Ι. Σ. = Ἀνάλεκτα Ἱεροσολυμιτικῆς σταχυολογίας, 5 vol. Petropoli, 1891-1898.

PITRA *Hymn.* = *Hymnographie de l'Église grecque*, Romae, 1867. — Ejusdem auctoris A. S. = *Analecta Sacra Spicilegio Solesmensi parata*, t. I, Parisiis, 1876.

R. O. C. = *Revue de l'Orient chrétien*, Parisiis.

ROCCHI C. C. = *Codices Cryptenses, seu abbatiae Cryptae ferratae in Tusculano*, Tusculani, 1883.

SATHAS N. Φ. = *Νεοελληνικὴ Φιλολογία*, Athenis, 1868.

V. V. = *Vizantiiskij Vremennik*, Petropoli.

ZAVIRAS N. Ε. = *Νέα Ἑλλάς ἢ ἑλληνικὸν θέατρον* (edit. Kremos), Athenis, 1872.

In cit. libris liturgicis, sumuntur pro Menaeis editio Veneta a. 1895; pro Triodio editio Romana. a. 1879; pro Pentecostario ed. Rom. a. 1883; pro Horologio ed. Rom. a. 1876; pro Octoecho ed. Rom. a. 1886; pro Paracletice ed. Rom. a. 1885.

**ACACIUS** (Ἀκάκιος) ὁ Διακρούστης dictus, hieromonachus. Auctor est officii Nicolai neomartyris Venetiis, anno 1791 editi Cf. Bretos, N. Φ., I. p. 117 et Παργασσός in Ἐπετήρ. Γ' p. 98.

**ACATHISTI AUCTOR.** ἈΚΑΘΙΣΤΟΣ, hymnus est celeberrimus, quo Urbs Constantinopolitana Sanctissimae Dei Genitrici laudes et gratiarum actiones concinit. Celebra-

tur Acahisti solemnitas quinto Sabbato Quadragesimae.

1<sup>o</sup> *De Origine et ratione Acahisti.* Falso asseritur Acahistum hymnum eo fine compositum esse ut Deiparae prosequeretur auxilium praesidiumque quibus adjuti Byzantini, hostes a. 626 sub Heraclio, aut a. 677 sub Constantino Pogonato, aut etiam a. 717 sub Leone Isaurico Urbem Constantinopolitanae invadere molientes, muris de-

jecerunt dejectosque fugarunt. Nul-  
lum namque usque modo in me-  
dium allatum est testimonium quo  
celeberrimi hymni talis origo pos-  
sit probari. Quae quidem neque  
ex ipso Synaxario quod hac die  
legitur evinci potest, quippe quod  
de tribus obsidiis supra memoratis  
indistincte agat, aetateque obse-  
dium a. 860 sub Michaele III prae-  
cedat, obsedium vero a. 717 con-  
sequatur. (Théarvic, *Photius et  
l'Acatbiste*, in *E. O.*, VII (1904)  
p. 293 s.; Dom Placide De Meester,  
*L'Inno Acatisto*, in *Bessarione* ser. II  
vol. VII, p. 213.)

« Perpenso interno argumento  
poematis et circumspecta tota ejus  
indole, jam clarum et apertum fit,  
hymnum acathistum vel potius  
ejus ignotum auctorem specialem  
finem sibi proposuisse scilicet au-  
gustum mysterium Incarnationis  
laudandum; ex quo autem conclu-  
dere licet, eundem hymnum in  
diem festum Annuntiationis B. Vir-  
ginis (Ἐὐαγγελισμὸν) destinasse. »  
(P. F. Krypiakiewicz, *De hymni  
Acatbisti auctore*, in *B. Z.* XVIII  
[1909] p. 360. Cf. etiam S. Eus-  
tratiadis, Ῥωμαῖὸς ὁ Μελωδός, Thes-  
salonic., 1917, p. 20, 21.) Primum  
ergo ad mysterium Incarnationis  
laudandum concinnatus est hym-  
nus Acathistus, quem postea Byzan-  
tini pro generali carmine eucha-  
ristico habuerunt.

2° *De auctore Acathisti.* Juxta  
Krypiakiewicz, *op. cit.*, p. 379-  
380, a) Theologia hymni universa

circa Incarnationis mysterium,  
praesertim vero idea dogmatica  
adversus Apollinaristas conversa,  
expressè tesseram aureae aetatis  
Patrum prae se ferunt (IV saec.).  
b) Haec vero idea theologica, cum  
omnibus adjunctis, imo etiam  
thema ipsum et fere universa ma-  
teria hymni, excerpta fuere ex  
s. Ephrem Syro, cujus nonnullae  
locutiones integrae in Acathisto  
inveniuntur. (Sed notandum est,  
cum S. J. Mercati et contra Krypia-  
kiewicz hujusmodi locutiones ad  
pseudo-Ephrem pertinere.) c) Nihi-  
lominus Acathistus imitatio non  
est alicujus Ephrem carminis; opus  
vero est perfectum *cujus auctor  
est celeberrimus Romanus Melodus*,  
ut qui sua eximia arte atque lingua,  
sed et manifesta similitudine cum  
aliis hymnis facile recognoscatur.  
d) Ad integritatem Acathisti pertinet  
quoque prooemion τὸ προσηχθέν  
quod est et Romani. Alterum vero  
prooemion τῆ ὑπεραγίας recentius  
additum est hymno, tempore, ut  
videtur, Photii patriarchae.

Romanum Melodum auctorem  
esse Acathisti. etiam contendit  
probare ipse Eustratiades *op. cit.*  
haud infirmis quippe argumentis.  
Imo, in fine opusculi nuntiat se feli-  
citer quemdam invenisse codicem  
in thessalonicensi conventu, τῶν  
Βλαταίων dicto, saec. XIII, numero  
41<sup>um</sup>, cujus 186<sup>um</sup> folium haec habet:  
« Ἀκολουθίαν τῆς Ἀκαθίστου ἤτοι  
τοῦ Ἐὐαγγελισμοῦ τῆς ὑπεραγίας δεσ-  
ποῖνας ἡμῶν Θεοτόκου; folium vero

193<sup>um</sup> hanc fert annotationem :  
 « † οὗτοι οἱ θεῖοι οἴκοι εἰσιν ὡς τινες  
 λέγουσι Σεργίου τοῦ τηρικαῦτα τῶν...  
 Κωνσταντινουπόλεως. ἄλλοι δὲ τοῦ  
 θείου Ῥωμανοῦ [διακόνου] τοῦ μελω-  
 δοῦ· ὁ ἥλον δὲ ἔστιν ἀπὸ τῶν ἑλ... »

Reliquae de acathisti auctore  
 sententiae recensentur infra.

3<sup>o</sup> *Elenchus auctorum et litterarum ad Acahistum spectantium.* (Sumitur ex Krypiakiewicz, *op. cit.*, additis quibusdam aliis documentis.)

I. Praestantissimi *codices mss.* cum Acahisto, sunt : Patmiacus 212 (descriptus a K. Krumbacher), Mosquensis synod. 437, Taurinensis B. IV, Vindobonensis suppl. 96 (Cf. K. Krumbacher, *Akrostichis*). Item : Vindobon. theol. 33, Vindobon. theol. 332 (Cf. Christ, *A. G.* p. 140.) [*Adde codd.* I 27 et I 28 *Laurae s. Athanas. ad Athonem; codd.* 202 (836) et 316 (950) *Vatoped.*; *codd.* g. 12 *sup.* et F. 95 *sup.* *Ambrosian.*; *cod.* 12 *scholae theolog. Chalcid.* De quibus vide *Eustratiadem, op. cit.*, p. 52.]

II. *Editiones textus* Acahisti praeter eas quae exstant in editis libris liturgicis Triodiis, Horologiis, etc., sunt :

Vetustissima in Aldi Manutii *Poetae christiani veteres*, Venet. 1501, ubi Acahistus invenitur singulari modo disiectus in mediis paginis cujusque quaternionis. Deinde : Migne, *P. G.*, t. XCII, p. 1335-1348 (sub nomine Georgii Pisidae). — J.-B. Pitra, *A. S.*, t. I, p. 250-262. — W. Christ et M. Paranikas, *A. G.*

p. 140 s. — N. Nilles, S. J. *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae. orientalis et occidentalis*, Oeniponti, 1879. — Al. Lauriotes, *Περὶ διαφόρου γραφῆς τοῦ Ἀκαθίστου ὕμνου ἐν ἀρχαίοις χειρογράφοις τῆς Μεγάλης Ἀβύρας* (*Ἐκκλ. Ἀρχ.* XII [1892] p. 395), praebet collationem textus vulgati cum nonnullis mss. saeculi ix et x. — M. Paranikas, *Ὁ Ἀκαθίστος ὕμνος* (*Ἐκκλ. Ἀρχ.* XIII [1893] 44-48), textus vulgatus cum variantibus duorum mss. Chalcid. — Nuper Placidus de Meester novam editionem hymni Acahisti adornavit s. t. : *Offizio dell' Inno Acahisto in onore della santissima Madre di Dio*, Romae, 1903. — [*Et nuperime, edidit Eustratiades, op. cit., Acahistum ex codd. supra indicatis.*]

III. *Versiones* Acahisti in alias linguas sunt : a)  *Latinae* : Constant. Lascaris, apud Pitram *A. S.*, t. I, p. 250-262. — Eustachius Patelaro, cretensis, ineunte s. xvii, versionem lat. adornavit, quae exstat in uno codice ms. Biblioth. Universitatis in Messina (Codici preesistenti, n<sup>o</sup> 39). — Josephus Schiro, archiepiscopus Dyrrhachinus edidit versionem latinam cum Indulgentiis Benedicti XIV, Romae, 1746. (Invenitur ante hymnum duplex proemion et quidem : I. Τὸ προσεχθὲν μυστικῶς... II. Τῆ ὑπερμάχῳ.) — Joann. Rubeone in Th. Rainaldi *Nomenclatore Mariano*, Romae, 1649, nov. ed. — Nuper inventa est a P. de Winterfeld in Cod. C. 78, Bibliothecae Tiguranae, qui olim

fuerat monasterii S. Galli, versio antiqua e saec. ix, quae inscribitur : « Ymnus sanctae Dei Genetricis Mariae victoferus atque saluatorius, etc. » [Cf. *Théarvic et P. de Meester, op. cit.*] — b) Versiones : slavica, rumenica, arabica inveniuntur in libris liturgicis. — c) Sunt etiam versiones in alias linguas recentiores, ut in gallicam, italicam, germanicam, hispanicam, quae diligenter recensentur in laudato opere Pl. de Meester.

IV. *Auctores* qui de Acahisto scripserunt sunt prope innumeri. Imprimis vero circumfertur in compluribus mss. et in multimoda redactione historica enarratio miraculosae liberationis Urbis, ope B. M. V., quae enarratio sub titulo : Λόγος τοῦ Ἀκαθίστου in Triodio Graecorum (ed. a Gretzer in Observationibus in Codinum e mss. Biblioth. Bavar. et reproductam a Migne in *P. G.*, t. XCII et CVI). Simile quid habetur in sic dicto Synaxario, sc. lectione ecclesiastica in Sabbatum V Quadragesimae compilato a Nicephoro Callisto Xanthopulo (s. xiv). [De quo, vide *Théarvic, op. cit.*] Habentur porro plurimae minores vel ampliores dissertationes de Acahisto, speciales vel data occasione in majoribus operibus. Et quidem : J. M. Quercii, *De hymno Acahisto monitum*, *P. G.*, t. XCII. Qui primus divulgavit opinionem de Georgio Pisida auctore Acahisti. — Contra vero : W. Christ, *A. G.*, p. LIII et J.-B. Pi-

tra, *A. S.*, t. I, p. 250 (« Monitum de Acahisto ») adscribunt Acahistum Sergio patriarchae (s. vii). Cui opinioni favebant alii ut Stevenson, Jacobi, Bouvy, Dieterich, Bäumer, — initio etiam K. Krumbacher, *G. B. L.*, p. 672, quam deinde rejicit. (Cf. ejusdem : *Akrostichis*, p. 532.) — M. J. Gedeon, Πατριαρχικὰ πίνακες C. Poli, 1890, opinatur Acahistum mox post mortem Juliani Apostatae compositum esse. — Al. Lauriotes, Ὁ ἀκαθίστος ὕμνος in Κωνσταντινούπολις, 1893, n° 75, adscribit eum Romano (attamen sine sufficientibus argumentis). Quod etiam facit russicus auctor Amphilocheus in suo Kondakario (Moscov., 1879). — Const. Oeconomus, Περὶ γνησίας προσφορᾶς τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης Petropoli, 1830, adscribit eum Apollinario Laodic. (!). — J. Butyras, Περὶ τοῦ Ἀκαθίστου ὕμνου (Νεολόγου Ἑβδομαδαία Ἐπιθεώρησις, 1893) opinatur Acahistum tempore Constantini Pogonati (668-685) ortum esse. — Dositheus, patriarcha Hierosolym. Περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πατριαρχευσάντων, refert Acah. in tempora Leonis Isauri (s. viii). — Denique A. Papadopoulos-Kerameus, Ὁ Ἀκαθίστος ὕμνος, οἱ ῥῶς καὶ ὁ πατρ. Φῶτιος, in Βιβλ. Μαρασλῆ, ἄρ. 14, Athenis, 1903, opinatur Acahistum demum saeculo ix ortum esse, auctorem vero ejus esse ipsum patriarcham Photium [*Hujus opinionis confutationem habes in op. cit. Théarvic*]. — De Acahisto scripserunt

etiam : M. Paranikas, Περὶ τοῦ Ἀκαθίστου ὕμνου, Σύνλογος 25 (1895) (dissertatio de poetico, stylistico et metrico caractere hymni). E. K. Kophiniotes, Ἀκαθίστος ὕμνος ἔπει 24 στίχοι τῆς Θεοτόκου, Athenis, 1901 (exegesis vel commentarii in Acathistum). Omnium autem praesantissimum studium de Acathisto exaravit nuper Placidus de Meester sub tit. : *L'Inno acatisto* (Ἀκαθίστος ὕμνος), *Bessarione*, ser. II vol. VI, p. 9-16, 159-165, 252-257; vol. VII, p. 36-40, 134-142, 213-224, Romae, 1904. [Speciali etiam mentione digna sunt op. cit. Théarvic et Eustratiadis.]

**AGAPIUS** *Landus* (Ἀγάπιος Λάνδος) cretensis, saec. xvii monachum aliquandiu agit ad Magnam Lauram. *Le moine crétois, Agapios Landos compte parmi les écrivains les plus populaires de la Grèce moderne. Ses ouvrages ont été, pendant deux siècles, presque l'unique lecture du peuple grec asservi, et si, de nos jours, quelques-uns d'entre eux sont à peu près oubliés, d'autres ont gardé toute leur vogue d'antan.* (Haec Ludov. Petit, *Le Moine Agapios Landos*, in *E. O.*, III [1899-1900], p. 278.)

Exstant, inter ejus opera, canones et officia liturgica : *Τριὰδική, ὁκτώηχος*, Venet., 1656, 24 canonum collectio, ex quibus octo sanctissimam Trinitatem, reliqui vero Christum Jesum celebrant. Horum tamen canonum pars multa non composita sed emendata ab Agapio tantum fuit (E. Legrand, *B. H.*,

xvii s., II, p. 88-89). — Officium s. Modesti archiepisc. Hierosolym. Constantin., 2<sup>a</sup> editio 1819 (Bretos. N. Φ. I, 164; Papadopoulos-Kerameus, I. B, II, 382). — Officium ss. Barlaam et Ioasaph (Lampros, *C. A.*, II, cod. 5670, p. 308). — In Theotocario, de quo sermo est in M. B. 166-167, auctoribus canonum annumeratur Agapius quidam, a Lando nostro forsitan non distinguendus.

SUBSIDIA. E. Legrand, *op. cit. passim*. — L. Petit, *op. cit.* — S. Petrides *Dict. d'hist. et de géogr. ecclés.* col. 895-897.

**AGAPIUS** *Parius* (Ἀγάπιος Πάριος), saec. xviii. Officii s. Therapontis emendator (Cf. M. B., p. 171).

**ANASTASIUS** *Gordius* (Ἀναστάσιος Γόρδιος), hieromonachus. Natus est circa a. 1650, Branianis τῶν Ἀγροφῶν, Acarnanum oppido. Eugenii Aetoli primum discipulus, postea monachus factus est in monasterio Sanctae-Parascevae, Branianis propinquo, ibique die VIII junii a. 1729 mortuus est.

Auctor est officiorum ss. Achillis Larissensis et Oecumenii Triccentis (Lampros, *C. A.*, t. II, p. 186-187) — et Seraphini neomartyris, Neochorii et Phanarii episcopi (Legrand, *B. H.* xviii s., t. I, p. 273 et 327).

SUBSIDIA : Zaviras, N. E. Athenis, 1872, p. 134. — Sathas, N. Φ. Athenis, 1868, p. 437; Ejusdem, *Μετ. Βιβλ.* III, p. 479. — Petrides, *Oecu-*

*menius de Tricca, ses œuvres, son culte*, in *E. O.*, VI (1903), p. 309.

**ANASTASIUS** *humilis* (Ἀναστάσιος ὁ ταπεινός). VII saec.? Auctor est funerei cantici cujus acrostichis : Ἀναστασίου τοῦ ταπεινοῦ αἴνος. Hujus carminis primum troparium Ἀπὸς μόνος ὑπάρχεις ἀθάνατος cantatur in Sabbato τῆς Ἀποκρέω et in Ψυχοσαββάτῳ sub titulo ποιήμα Ἀναστασίου μοναχοῦ; olim usitatum erat carmen in sacerdotum exequiis, ut videre fas est apud Goarum, *Eucho-log.* (edit. Paris., 1647) p. 561. Quinam fuerit Anastasius iste, a Petride in *R. O. C.*, VI (1901), p. 444-452 accipi potest : « *L'humble Anastase, auteur du cantique funèbre, est presque certainement saint Anastase le Sinaïte (640\*-701\*) ; il ne peut sûrement être Anastase le Questeur.* »

EDITIONES. Goar, *op. cit.* — Pitra, *Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*, II, p. 286; *A. S.*, I, 242-249.

SUBSIDIA. E. Bouvy, *Le cantique funèbre d'Anastase*, in *E. O.*, II (1898), p. 262-264. (« *Le cantique ne saurait être l'œuvre d'un évêque, et surtout d'un évêque d'Antioche ; il appartient plutôt à un moine, prédicateur populaire, poète déjà renommé. Il existe des ressemblances frappantes entre certaines expressions du poème et une homélie d'Anastase le Sinaïte, P. G.*, t. LXXIX, col. 1192, prononcée un jour de commémoration des défunts : usant d'un procédé cher à tous les hymnograpes, le mélode a imité l'ora-

teur. ») — S. Pétridès, *op. cit.* — Papadop.-Kerameus, Ἀναστάσιος κοιμιστὸς ὁ μελωδός, *V. V.* VII (1900), 43-59; Ὁ μελωδός Ἀναστάσιος, in Νέα Ἡμέρα, Tergest. 2-15 et 9-22 mart. 1902.

**ANASTASIUS** *Quaestor* (Ἀναστάσιος ὁ κοιμιστὸς) qui et *balbus* (τραυλός) dicitur, X saeculo. Quaestorio munere fungitur Constantinopoli, anno 907. Auctor est : carminis funerei — canonum in poenitentiam et in Annuntiationem (iambic.) — hirmorum ad quinque canones pertinentium, nempe ad canones in Hypapantem, in Nativitatem sancti Joannis Baptistae, in Dominicam Palmarum, in Pascham, in sanctum Agathonicum (quae quidem carmina iambis constant, exceptis canone in s. Agathonicum et secunda oda canonis in Hypapantem) — canonis in sanctum Clementem (ined.; cod. Paris. 259) — canonis in sanctos Philaretum, Eubiotum et Athenodotum (ined.; cod. Monac. 586) — encomii in sanctum Agathonicum. Exstat etiam in Anthologia (XV, 28, ed. Didot, II, p. 512) Anastasii epigramma hexam. dactylicis constans, in Crucifixionem.

EDITIONES. Pitra, *Juris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta*, II, 281-285 (vide etiam p. 243, 248, 249). — *A. B.*, V (1886), 396-415. — Papadopoulos-Kerameus, Ἀναστάσιος κοιμιστὸς ὁ μελωδός, in *V. V.*, VII (1900), 43-59.

SUBSIDIA. Sakkelion, Δελτίον τῆς ἱστορικῆς καὶ ἐθνολογικῆς ἐταιρείας τῆς



Ἑλλάδος, I (1883-1884), p. 407 (epistola Anastasii ad Leonem Chaerophactem Magistrum). — Papadopoulos-Kerameus, *op. cit.* et in Νέα ἡμέρα, Terg. 2-15 et 9-22 mart. 1902. — E. Bouvy, in *E. O.*, t. I (1897-1898), p. 262 s. — S. Pétridès, in *R. O. C.*, VI (1901), p. 444-452, in *E. O.*, XII (1909), p. 151, et in *Dict. d'histoire et de géographie ecclés.*, col. 1477.

**ANASTASIUS** *Sinaita* (vide art. *Anastasius humilis*.)

**ANATOLIUS** (Ἀνατόλιος). Anatolii nomine plus centum carmina inscripta exstant libris liturgicis, inter quae juvat notare : idiomela I, II, VI, X, XVI, XVII, XIX, XXIII, XXV, XXVIII, XXXI januar. : II, XIV febr. ; XXV mart. ; XXIII apr. ; IX maii ; XVII, XXIV jun. ; I, VIII, XV, XXIII, XXIV, XXV, XXVII jul. ; VI, XV, XXII aug. ; V, VIII, XIII, XIV, XVI, XXIV sept. ; I, VI, VII, XII, XVIII, XXI, XXIV, XXVI oct. : I, V, VIII, XI, XII, XIII, XXIV, XXX nov. : IV, XI, XII, XVII, XX, XXIII, XXV, XXVI, XXVII dec., et alia in Pentecostar. et Octoech.

Qui fuerit Anatolius ille, quae floruerit aetate, haud facile dixerim. Multi namque dantur cognomines, inter quos duo saltem in memoria habendi sunt :

1<sup>o</sup> *Anatolius Studita*, sancti Theodori Studitae discipulus, quem postea lapsum lamentatus est Theodorus (*P. G.*, XCIX. 1238). Hunc poetam fuisse notat Bartholomaeus

Cutlumusianus in magno Horologio (Venetiis, a. 1850, p. 301).

2<sup>o</sup> *Anatolius Thessalonicensis*, archiepiscopus, saec. IX. Auctor esse dicitur idiomeli in tono I, Τῷ τῶν ἁσμάτων ad Αἰτήν festi s. Demetrii, die XXVI oct., et doxast. in tono IV pl. Ἐξελίξεν ad Vesper. aposticha, in eodem festo. (Nota etiam Philareti sententiam apud G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 253-254.)

De Anatolio hymnographo haec scribunt Christ et Paranikas : « Quid? Quod Anatolium, ut alterum Orpheum, nullum fuisse inde non inepte aliquis colligat, quod haud raro in libris illa carmina στιχηρά ἀνατολικά inscribuntur. Cum enim στιχηρά alia ἀναστάσιμα, alia κατανοητικά, alia νεκρώσιμα, alia alio nomine ex carminis cujusque argumentoducto dicantur, illum quoque titulum ab argumento, non ab homine derivandum esse suspiceris. Sed animum ad hanc sententiam pronum et nomen Ἀνατολίου aliis locis in libris plene exaratum et res in illis carminibus expositae revocant. Ad remotissima autem tempora inscriptione Ἀνατολίου πατριάρχου in Octoechitione Veneta a. 1869 obvia ducimur; Anatolius enim patriarcha quinto saeculo floruit et concilio Constantinopolitano, quo Eutychis errores anno 450 damnati sunt, praefuit. At patriarchae cognomen nos quidem in nullo codicum, licet satis magnum numerum inspexerimus, adscriptum invenimus, nec ullam ei fidem

habendam esse argumenta certissima evincunt. Carmine enim, quod 24 Octob. vulgo cantatur, Anatolius Arethae martyris, quem Iustiano imperatore in Aethiopia mortem pro sua patria occubuisse Synaxaria narrant, et alio, quod 12 Novemb. cantatur, Ioannis Eleemonis, qui septimo saeculo ineunte Alexandriae archiepiscopus factus est, laudes praedicat. Ex altera parte Anatolium post octavum saeculum floruisse veri dissimile est. Namque cum in Octoechi libris duo cuiusque toni (ἤχου) στιχηρά ἀναστάσιμα ferantur, Anatolii, quae secundo loco collocata sunt, librarius codicis Monacensis D. a prioribus ita distinxit, ut ἀπὸ τῶν παλαιῶν ea inscriberet. Iam priora ab Ioanne Damasceno, qui omnium Octoechi carminum, quae aliis non nominatim tribuuntur, auctor esse probatur, composita esse veri simile est. Ergo ante Joannem Damascenum vel ante medium saeculum octavum Anatolium vixisse merito concludere nobis videtur... Quae si recte disputavi, illud quoque probabiliter conici potest, in qua terrarum parte Anatolius floruerit. Duas enim tum temporis, quae reliquis eminent, sedes ecclesiae graecae fuisse constat, alteram Hierosolymitanam, alteram Constantinopolitanam. Iam Ioannis Damasceni, quippe qui coenobii S. Sabae presbyter fuisset, Hierosolymis et in orientalibus partibus imperii byzantini summa auctoritas erat.

Inde Anatolium Constantinopoli vixisse aut patriarchae Constantinopolitani favore usum esse suspicor. » (*A. G.*, XLI-XLII).

**ANATOLICA** (Ἀνατολικά) Troparia. De his scribit Petrides : « Dans l'ὠκτώηχος, dont l'ensemble est attribué à saint Jean Damascène, on remarque pour chaque ton une double série de quatre tropaires, désignés sous le nom de στιχηρά ἀνατολικά. Ces tropaires sont placés après les στιχηρά ἀναστάσιμα vers la fin des Vêpres et de l'office de l'aurore; ils célèbrent surtout la descente du Christ aux enfers et sa résurrection. Pourquoi l'appellation qui distingue nos 64 stichères de leurs voisins? Allatius et d'autres la font dériver du nom de l'auteur, qui serait pour quelques-uns Anatolios, patriarche de Constantinople au v<sup>e</sup> siècle, pour d'autres un homonyme postérieur, vraisemblablement le moine studite correspondant de saint Théodore. Cette opinion est inadmissible, aucune autre catégorie de tropaires ne tire son nom d'un nom d'auteur; en outre, l'adjectif dérivé de Ἀνατόλιος serait ἀνατολικός. Dans l'expression στιχηρά ἀνατολικά, l'épithète ne peut qu'indiquer un rapport avec ἀνατολή. Faut-il supposer une allusion à un des noms mystiques du Sauveur? ou à l'heure qui vit s'accomplir la résurrection? Cette dernière hypothèse me paraît assez plausible. On peut croire aussi que l'épithète s'est d'abord appliquée aux tropaires de l'office

de l'aurore et rappelle l'heure matinale de cet office, qui est d'ailleurs elle-même un souvenir de l'heure où le Christ est sorti du tombeau : plus tard. le mot aurait passé abusivement aux stichères de Vêpres. En faveur de cette opinion, on peut présenter deux dénominations analogues, εὐαγγέλια ἑωθινά et ἰδιόμελα ἑωθινά. (*Dict. d'archéol. chrét. et de liturg.*, col. 1940.)

SUBSIDIA. Haec a Petride *op. laud.* citantur : Allatius, *De libris ecclesiasticis Graecorum*, p. 82; Fabricius, *Bibliotheca Graeca, sive notitia scriptorum veterum graecorum*, edit. quarta, c. G. C. Harles, Hamburgi, 1790-1811, t. X, p. 130; Christ et Paranikas, *A. G.*, p. xxxiii, xli (prolegom.); Pitra, *A. S.*, I, p. xxi (prolegom.); Sophocles, *Greek lexicon*, et L. Clugnet, *Dictionnaire grec-français des noms liturgiques*, ad vocem ἀνατολικός, Parisiis, 1895; G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 138, 199, 241.

**ANATOLIUS** *Studita* (vide art. *Anatolius*).

**ANATOLIUS** *Thessalonicensis* (vide art. *Anatolius*).

**ANDREAS** *Caecus* (Ἀνδρέας Πτερός, [Πυρός, Πυρόρος Πυρσός] vel Τυφλός), saec. ix? Auctor est : Idiomelorum "Ὁνπερ οἱ ἄνω, t. II, ad Αἰτήν diei II febr.

Πόσις εὐφημιῶν, t. II, die XXIX jun.

Doxast. Φαιδρά t. II, pl. ad. Vesp. diei I jul.

Αἱ πορεῖαι σου, t. IV, ad apost. Laudum, die I sept.

Τίς μὴ μακαρίσει, t. IV, ad Laud. apost., die XX sept.

Τὸ φυτόν, t. VI, ad Αἰτήν diei XXVI sept.

Δεῦτε, ἅπαντες, t. II, ad apost. Vesp., diei XX dec.

Τὴν ψυχωφελῆ, t. IV pl. ad Vesper. fer. VI ante Palmas (carmen Ἀνδρέου Τυφλοῦ).

Citatur etiam Andreas in Hirmol. xi vel xii saec. (*cod. hierosolym. S. Sabb.* 83, Papadopoulos-Kerameus, I. B. p. 157), et in *codice* 270, metochii constantinopolitani a Sancto Sepulchro dicti, idioma- lum doxast. Τὰ Θεῖα, t. II pl. diei VI oct. (in festo s. Thomae) non quidem Anatolio, uti in Menaeis legitur, sed ipsi Andreae assignante.

SUBSIDIA : Pitra, *Hymn.*, p. cliii (ubi Andreas Pyrus falso ab Andrea Caeco distinguitur); Christ et Paranikas, *A. G.*, p. xlii (et p. 83, automelum et prosomoia auctore Andrea); G. Papadopoulos, *Σ. Μ.* p. 139 (saeculo quinto adscribitur Andreas); Krumbacher, *G. B. L.*, p. 672; Petrides, *André l'Aveugle*, in *Dict. d'hist. et de géogr.* col. 1637-1638.

**ANDREAS** *Cretensis* (Ἀνδρέας Κρήτης) qui et Hierosolymitanus (Ἱερουσαλιμίτης) dicitur (n. circa 660, m. IV jul. 740). Damasci natus est. In coenobium Sancti Sepulcri receptus, cleris hierosolymitanis a Theodoro Topoterete adscribitur. Peracto contra Monothelitas gene-

rali sexto Concilio, Constantinopolim cum duobus sociis Andreas mittitur, qui imperatorem Constantinum moneat, Hierosolymitanorum ecclesiam concilii decreta plane approbasse (685). Constantinopolitanae Ecclesiae mox diaconus factus, in vico τῶν Εὐγενίου nuncupato orphanotrophi munus eo merito gessit ut Gortynae (Cretae insulae metropolis) archiepiscopus fuerit designatus. Anno 712 Arabibus insulam obsidentibus, fortiter resistunt, Andrea duce, Cretenses, sicque sub maenibus τοῦ Δρίμωσ dictis pugnam committunt, ut profligatum hostem terga dare cogant. Illos invadunt postea lues atque fames, ingravescunt mala, quae arcendi et suis concivibus opitulandi causa, Constantinopolim petit archiepiscopus, ab imperatore potentibusque auxilia rogaturus. Votorum compos factus, felicique legatione functus, dum ad Cretam remeat Andreas, Erisso, Lesbio portui, appellit ibique die IV julii 740 moritur. In sacello sanctae Anastasiae martyri dedicato, sepultus est. Celebratur ejus memoria die IV julii.

FONTES. Perdocte enumerantur a Simeone Vailhé in artic. *Saint André de Crète*, *E. O.*, V, 378 s. 1. Encomium in sanctum Andream, auctore NICETA, patricio et quaestore (a Niceta Magistro, de quo Krumbacher, *G. B. L.*, 196, forsitan non diverso), in Papadop.-Keram. *A. I. Σ.*, V, 169-180 (ex codd. Athon.

Vatoped. 79, et Dionys., 148. Invenitur etiam Nicetae Encom. in codd. Athon. Karacall. 52 [= 1565 apud Lampros], Iberor. 594 [= 4714 apud Lampros], Protat. 48 [= 48 apud Lampros]). — 2. Vita a MACARIO MACRE, Pantocratoris cons-politani coenobii abbate († circa 1432). Fragmenta in *V. V.*, IV (1897), 345-348 edita cura Chrys. Loparev (ex cod. Athon. Vatop. 550, cf. *B. Z.*, VII [1898], 475). Habes hanc vitam vernacula Graecorum lingua expressam in Nicodemi Hagioritae Νέον Ἐκλόγιον, 151-155, et K. Dukakis, Μέγας Συναξαριστής, VII (jul.), 35-42. — 3. Ineditum exstat, fatente Nicodemo Hagiorita (in Synaxar. Athenis, II (1868), 155, n. 2) sancti Andreae Cretensis Encomium, auctore Josepho Kalotheta, monacho (de quo Ph. Meyer, *Die Athoskloster* in *Zeitsch. für Kirchengesch.* II [1898], 426, n. 2; de ejus familia Alex. Lavriotes, *Περὶ τῆς γλακῆς οἰκογενείας Καλοθέτου*, in *Νεολόγου ἐβδομαδιαία ἐπιθεώρησις*, 14 Mart. 1893). — 4. De Vita graeca Andreae Cretensis a Nicephoro Paschalaeo edita Venet. anno 1673, cum versione latina aut italica, silent adhuc bibliothecae (*G. B. L.*, 166). Fortasse sermo est de Andrea in Crisi († 767) cujus passionem referunt codices Escorial. 319 s. XII, fol. 199-209 (errat ergo Krumbacher in *G. B. L.*, l. c.) et 308, fol. 118-126 (cf. Miller, p. 269). — 5. Menaeorum notit. ad diem IV jul. Venet. 9<sup>a</sup> edit. 1880. — 6. *Synaxarista* Nicod. Hagior. l. c., p. 155. — 7. Synaxar. Claramont. A. SS., jul. II, 43, n. 6. — 8. Niceph. Callist., *P. G.*, XCVII, 1361.

Vide etiam biographicam notitiam ex Triodio, in Gretser editione Georgii Cod. Migne, *P. G.*, CLIII, 355. — 9. Synaxarium bibliothecae Nanianae *Epiphaniî monachi et presbyteri. De vita sanctissimae Deiparae libro* a Mingarello additum Romae, 1774, p. 66. — De lapsu Andreae et ejus retractatione, vide A. Heisenberg, in *B. Z.*, X (1901), 514 et S. Vailhé, *op. cit.*, p. 382.

Celeberrimus apud Graecos poeta audit Andreas Cretensis, ut qui primus canones composuit. Auctor est Magni hujus Canonis ex quatuor partibus, et ducentis quinquaginta strophis constantis, cujus amplitudo apud Byzantinos in proverbium venit. Hirmorum a se inventorum numero, hymnographorum quemque, Damasceno non excepto, superat Andreas; quem quidam numerum doctissimus Ludovicus Petit, Athen. archiep., hacce statuit tabella (in *Dict. d'archéol. et de liturg. art. André de Crète*, col 2040) :

I Toni hirmi.....	17
II Toni.....	8
III Toni.....	25
IV Toni.....	29
II Toni plagii.....	11
IV Toni plagii.....	21
Ad summam dantur hirmi	111

Laboriose Romanum imitatur melodus noster : rarus in eo sententiarum lepos, rarior dulcedo modorum; poeta factus, non natus Andreas.

Carmina ejus prout in libris liturgicis inveniuntur perdocte recensuit Ludovicus Petit, *op. cit.*

IDIOMELA. Die XIV sept., in festo Exaltat. s. Crucis, idiomela I toni : Σήμερον ὡς ἀληθῶς.

Die XXIV sept., in festo s. Theclae, doxasticum vesp. in II tono plagio : Ἀθλητικοῖς παλαίσμασι (quod in codd. quibusdam Anatolio adscribitur).

Die III octobr., in festo s. Dionysii Areopagitae, doxasticum vesper. in II tono : Δεῦτε συμφῶνως (Byzantio quandoque adjudicatum).

Die XII octobr., in festo ss. Probi, Tarachi et Andronici, aposticha vesper. in I tono : Τὸ πιστέλερον ἄθροισμα.

Die XXVI octobr., in festo s. Demetrii, doxasticum laud. in IV tono : Τὸν λόγγιαις κληρωσάμενος.

Die XXX nov., in festo s. Andreae, ad process. (λιτή), stichera in I tono : Ὁ πρωτόκλητος μαθητής, et doxasticum in IV t. plag. : Τὸν κήρυκα τῆς πίστεως.

Die XXV dec., in Natal. Dom., aposticha Laudum in IV tono : Εὐφραίνεσθε δίκαιοι.

Die XXIX dec. in festo ss. Innocent. doxasticum Vesper. in IV t. plag. : Ἡρώδης ὁ παράνομος.

Die II januar., προσέβρια Epiphaniae Domini, apostichum Vesper. in I tono : Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς.

Die II februar., in festo Purificat., sticherum Vesper. in IV tono : Σήμερον ἡ ἱερὰ μήτηρ (quod et in process. (λιτή) usurpatur, adjunc-

tis quoque idiomelis duobus, quorum primum : Σήμερον Συμεών ὁ πρεσβύτερος in II tono, tum Andreae tum Anatolio adscribitur, alterum vero : Ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς in I tono plagio solius Andreae fetus dicitur). Adde ad eandem diem, apostichum Vesper. in IV tono plagio : Ὁ τοῖς χειροβίμ. ἐποιοῦμενος.

Die XXV mart., in festo Annuntiationis, ad Vesperas doxasticum apostichorum in IV tono : Σήμερον χαρῶς εὐαγγελία.

Die XXIV jun. in festo Nativitatis s. Joannis Bapt., stichera magnarum Vesper. in IV tono : Ἐπέφανε σήμερον, et ad process. (λιτή) doxasticum I toni plag. : Τὸν ἐν προφήταις ὄρον.

Die XXIX jun. in festo ss. Petri et Pauli, idiomelum process. (λιτή) in II tono : Δεῦρο δὲ μοι σήμερον, et aposticha Vesper. in I tono : Τὰ κατὰ πόλιν δεσμά.

CANONES. In tono I : Canon in Lazarum ad Apodeipnon Parasceves ante Ramos; Canon in beatae Annae Conceptionem, die IX dec.; Canon in Macchabaeos, die I aug.; Canon in s. Ignatium Antioch., die XX dec.

In tono II : Canon in Myrophoras, ad Dominic. III Pentecostarii; Triodii feriae tertiae Major. Hebdomadae, odae III, VIII et IX.

In tono III : Canon in Simeonem et Annam, die III febr.

In tono IV : Canon feriae IV πρὸ τῆς πυρινῆς i. e. ante Quinquagesim. Canon (ineditus) in ss. Trophi-

mum et Theophilum, die XXIII jul.; Canon alius in s. Joannem Baptistam, die XXIV jun. Andreae adscriptus.

In tono II plagio : Magnus Canon in quatuor partes (τμήματα) divisus; Canon in Moribundos, cujus auctor revera incertus; Triodion IV feriae in Maj. Hebdom.

In tono IV plagio : Canon in Mediam Pentecosten; Canon in Nativit. Mariae Virginis, die VIII sept.; Canon in Decollationem s. Joannis Baptistae, die XXIX aug. (ineditus); Triodion II feriae in Maj. Hebdom.

EDITIONES (aliae atque libri liturgici). Migne, *P. G.*, XCVII, 1306-1443. (Canones praecipui, Triodia, Magnus Canon, Idiomela et Iambi ad Agathonem). — Pitra, *Hymn.* XLVI-LIII (Canon in Venerationem pretiosae Catenae s. Petri. Cf. Christ et Paranikas, *A. G.*, 157 n.; L. Petit, *op. cit.*, col. 2038); LVII (in process. diei XXIX jun. Idiom.). — Christ et Paranikas, *A. G.*, 97-98 (Idiomela in Christi Natale), 147-161 (Magni Canonis pars prima; Canon in Venerationem pret. Catenae s. Petri, ad diem XVI januarii.) — Iamborum ad Agathonem optimam editionem protulit A. Heisenberg, *Ein iambisches Gedicht des Andreas von Creta* in *B. Z.*, X (1901), 508-514. — Quibus adde Nicodemi monachi Theotocarion, a G. Mousaeo denuo editum sub titulo : Στέφανος τῆς λειπαρθένου ἤτοι θεοτοκᾶριον νέον ποικίλον καὶ ὠραιότατον ὀκτώηχον, περιέχον ἐξηκονταδύω κανόνας πρὸς τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, in-4°, Cons poli,

1849 (Extant plurimi canones, p. 5, 19, 33, 53, 100, 126, 145, 154, 171, Andreae adscripti, de quibus vide, L. Petit, *op. cit.*, 2039-40). Toscani et Cozza-Luzzi, *De Immaculata Deiparae conceptione hymnologia Graecorum*, in-4°, Romae, 1862, p. 5-24 (can. in conceptionem s. Annae ad diem IX dec.). Amphilocho archimandritae, *O neiždannich Kanonach v sloujebnoi Fevralskoi gretcheskoi minei*, in-4°, Moscov., 1870, p. 1-15 (Canon ex 180 tropariis constans in senem Simeonem et Annam prophetissam, ad diem III febr.).

CARMINA INEDITA : Canon in ss. Trophimum et Theophilum, ad diem XXIII jul. (codd. *Parisin.* 1576, fol. 211-213 [in quo et alius continetur canon in s. Joannem Baptistam, ad diem XXIV jun., Andreae adscriptus], et *Chalcidicus* [Halki] commerc. Scholae 69). In codd. Cryptensibus (Rocchi, C. C.) Andreae adscribuntur p. 291 : ad diem XIV sept. in festo Exaltat. s. Crucis, canon Προκαθάραντες; p. 294 : ad diem XXX nov. in festo s. Andreae, canon Ὁ μέγας ἀπόστολος; p. 295, in Domin. ante Nativit. Christi, canon Τῷ ἀναστάντι; p. 296 : ad diem XXIII dec. in festo ss. Martyrum Cretensium, canon Ἄισωμεν τῷ Κυρίῳ; *ibid.* ad diem XXV dec. in Nat. Domini, canon Ἀγαλλιᾶσθω ἡ κτίσις; *ibid.* ad diem Octavam Nativit. Christi, canon Σκιρτάτωσαν; p. 298, 397 : ad diem VI januar. in Epiphania Domini, canon Σήμερον ὁ θεός; p. 316, ad diem XXV januar. in festo s. Gregorii Nazianz., canon Θεολόγοις ἕσμασιν; p. 298 : ad diem XXVII januar. in festo s.

Joannis Chrysostomi, canon Ἐδεῖξας ὁ θεός; p. 317, ad diem II febr. in festo Purification., canon Ἀγάλλου καὶ σὺ πρεσβύτα; *ibid.* ad diem III febr., in honorem senis Simeonis canon Ἀγκάλαις δεξάμενος (cf. Amphilocho. *op. cit.*); p. 302 : ad diem XXV mart. in festo Annuntiationis, canon Σήμερον Γαβριήλ; p. 304 : ad diem XXIII apr. in festo s. Georgii, canon Ἀγαλλιᾶσθω; p. 305 : ad diem IX maii, in festo s. Codrati, canon Ἦ φωτοφόρος; p. 311 : ad diem VI aug., in festo Transfigurationis, canon Τὸ Μωσέως.

SUBSIDIA. Scripsit Acacius, monachus Sabaita, xvi s., commentarium in Magnum Canonem (cod. Hagiotaph. 365, Papadopoulos-Kerameus I. B., I, 387). — Krumbacher *G. B. L.*, 673-674. — E. Marin, *André de Crète*, in *Dict. de Théol.*, 1182-1184. — L. Petit, *op. cit.* — S. Vailhé, *op. cit.* et art. *André de Crète*, in *Dict. d'archéol. et de liturg.*, 1659-1661.

**ANDREAS Pargius** (Ἀνδρέας ὁ Πάργιος) saec. xviii. Auctor est officii s. Andreae eremiteae (Venetiis, a. 1807 editi). Cf. Papadopoulos Σ. Μ., p. 197.

**ANGELUS Summachius** (Ἄγγελος Συμμάχιος vel Σουμμάχιος), doctor zacynthius, saec. xvii. Auctor est megalynarii, in officio s. Georgii Venetiis anno 1748 edito (Legrand, *B. H.*, xviii<sup>e</sup> s., I, p. 355) et officii s. Dionysii Aeginensis episcopi, Athenis anno 1844 et Zacynthi anno 1876 editi (Legrand, *op. cit.*, xviii<sup>e</sup> s., III, 176-177).

**ANTHIMUS** (Ἀνθίμος), « *tropariorum poeta* » saec. v. Loquitur auctor vitae sancti Auxentii (P. G., CXIV, c. 1379) de « Anthimo viro magno et admirabili qui tunc erat ordinarius decanus divini palatii, deinde factus fuit diaconus et postea etiam presbyter, qui etiam post decessum eorum qui prius dicti sunt, ornavit et cum laetitia in hymnis et canticis, per choros virorum et mulierum, celebravit easdem pernoctationes, quibus assidebat beatus Auxentius. Ut plurimum autem ambo simul congregabantur in Sancta Irene, quae sita est ad mare, humicubantes et vigilantes, et fontes lacrymarum effundentes, perseverantes in jejuniis et orationibus ». Unus erat Anthimus ex his piis viris, qui πρῶτοι vocabantur (Pétridès, *Le monastère des Spoudaiei à Jérusalem et les Spoudaiei de Constantinople* in E. O., IV [1901], p. 225 s. ; Cf. etiam *ibid.* VII [1904] p. 341 s.). Insuper legitur in Theodoro Lectore (*Eccles. lib. I, P. G., LXXXVI-1, col. 173*) quod « Anthimus et Timocles, *tropariorum poetae* (οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταί) in duas factiones divisi sunt. Et ii quidem qui Chalcedonensem synodum probabant, una cum Anthimo collectas agebant. Hic enim vigiliis quoque celebrari fecit. Quotquot vero supra dictae synodo infensierant, Timocli adhaeserunt.

Pétridès, in E. O., IV (1901), p. 229-230, haec notat : *Pitra*, « au reste, met saint Auxence au premier plan dans l'histoire de l'hymnogra-

phie au ve siècle, et d'autres savants ne font guère que le répéter. En outre, je me demande pourquoi tous placent saint Marcien, le moine Jean et Sétas au rang des mélodes. — Passe pour saint Auxence, dont son historien nous a conservé une espèce de poème. Mais c'est là un cantique populaire que le Saint faisait chanter à ses visiteurs sur la montagne où il s'était retiré loin des bruits du monde. Rien ne nous dit que cet hymne et d'autres du même genre que le solitaire a pu composer aient jamais eu un usage liturgique officiel. Rien ne nous désigne Auxence comme le fondateur de l'hymnographie byzantine et surtout comme son initiateur. — Ce rôle n'est-il pas, au contraire, celui de son ami Anthime? Anthime est prêtre, et non simple moine; Anthime organise un nouveau genre de vigiles solennelles, avec des chœurs d'hommes et de femmes; la part faite à celles-ci dans le chant constitue, certes, une grave innovation. (Théodore Lecteur va même jusqu'à dire qu'Anthime ÉTABLIT les vigiles : ceci est exagéré, mais montre combien profondément Anthime dut les transformer par l'introduction de ses chœurs et des TROPAIRES. Observons que le texte de Théodore s'accorde parfaitement avec celui de Georges [auctor suppositicius vitae sancti Auxentii]. Georges nous représente Anthime comme un musicien, Théodore comme un hymnographe; or, nul ne l'ignore, les premiers mélodes étaient tout à la fois musiciens et poètes.) Anthime est



considéré par les catholiques comme le chef de leur parti. En outre, et ceci est capital pour Théodore, c'est-à-dire au commencement du VI<sup>e</sup> siècle, une cinquantaine d'années après sa mort, il est encore LE POÈTE DES TROPAIRES par excellence, il est encore peut-être l'unique mélode de l'Église orthodoxe. — Ne serait-il pas déjà infiniment vraisemblable, en tenant compte surtout du portrait que Georges nous trace de lui comme d'un saint, de supposer que cette Église, dont il avait défendu le dogme contre les monophysites, lui aura décerné les honneurs d'un culte public, comme à ses deux amis Auxence et Marcien? En un mot, le prêtre Anthime, mélode du V<sup>e</sup> siècle, n'est-il pas le même que le prêtre Anthime des Spoudaei, fêté le 7 juin?

**ANTHIMUS IV** patriarcha constantinopolitanus (a. 1840-1841). Sub ejus nomine inscribitur apolytikion, t. I, Τῆς ποιμαντῆς σου, die III sept., in festo sancti Anthimi, martyris.

**ANTIOCHUS** (Ἀντίοχος) ὁ Πανδέκτης dictus, monachus Sabaita s. VII. Auctor est pulcherrimae orationis Καὶ ὁδὸς ἡμῶν, ad completorium. (ᾠρολογ. μέγα, Romae, 1876, p. 123.) Cf. G. B. L., p. 146.

**ANTONIUS** (Ἀντώνιος) archiepiscopus Larissensis saec. XVIII. Ipsi attribuuntur canon de sancto Achillio Larissensi (die XV maii in Menaeis a. 1761 a Demetrio Theodosio

editis) et doxastic. t. II pl. Σήμερον, in festo ss. Akyndini et sociorum ejus, die II nov.

**ANTONIUS** ἐκ Κυδωνίας dictus ὁ Καροφύλλης. Auctor est megalynariorum in honorem s. Georgii martyris. Cf. Lampros, C. A., I, 139.

**ANTONIUS Magnus Rhetor** (ὁ Μέγας Ῥήτωρ) s. XVI. Auctor est officii Joannis neomartyris Ioanninensis. Cf. Zaviras, N. E., p. 202; Papadopoulos, Σ. M., p. 294; B. Z., VII (1898), 67.

**ANTONIUS Rocchi**, hieromonachus cryptoferratensis, recentissimus hymnographus, plures cum acolithias tum canones elucubravit. quorum indicem videre fas est in opere *De Coenobio cryptoferratensi*, p. 265.

**ARSENIUS** (Ἀρσένιος) In libris liturgicis non raro Arsenio assignantur carmina; sed difficile est dictu quinam sit in casu Arsenius ille.

**ARSENIUS Autoreianus** (Ἀρσένιος Ἀυτορειανός) † 1273, patriarcha constantinopolitanus. Ipsi attribuuntur carmen anacreonticum in Dominicam Paschae (P. G., CXL, 937-940), canon t. IV in Extremam-Uncionem, canon t. II pl. in Φυγοσαββᾶτω et canon t. III in B. Virginem. Cf. Pétridès-Emereau, *Saint Arsène de Corfou*, in E. O., XX (1921), p. 442 s.; L. Petit, *Dictionnaire de théol.*, col. 1992.

**ARSENIUS** *Corcyrensis* (Ἀρσένιος Κερκύρας) saec. x, Corcyrensis archiepiscopus, falso a Papadopoulo Σ. Μ. p. 254 inter hymnographos recensetur. Cf. Pétridès-Emereau, *Saint Arsène de Corfou*, in *E. O.*, XX (1921), p. 442 s.

**ARSENIUS** *Cryptoferratensis*, ab Arsenio abbate saec. xi fortasse non distinguendus. Ipsi attribuuntur canones in s. Vitum, in s. Harmodium et in s. Achillium Larissem. Cf. Lancia di Brolo, *Istoria della chiesa in Sicilia*, Panorm. 1884, t. I, p. 158, n. 6, et t. II, p. 332.; Rocchi, *C. C.*, p. 305, 306, et *De Coenobio cryptoferr.*, p. 20.

**ARSENIUS** *Melchitarum patriarcha*, s. xi, de quo Pitra, *A. S.*, 314 s.

**ARSENIUS** *Monachus* medicensis, sancti Nicetae discipulus, s. ix, de quo Mai., *Nov. Patrum bibliotheca* VIII, Romae, 1871, p. 152, 170, 191.

**ARSENIUS** *Pergamensis* metropolitana, s. xiii-xiv, auctor sticherorum in B. Virginem, ineditorum. (Cf. Féron et Battaglini, *Codices mss. gr. Ottoboniani*, Romae, 1893, p. 4, et M. B., p. 127.)

**ARSENIUS** *Studita*, s. ix. Cf. Mai, *Nov. Patr. biblioth.*, VIII, 125, et *P. G.*, CIX, 1041, 1060, forte non distinguendus ab Arsenio de quo Pitra, *Hymn.* p. CLIII et 55; *A. S.*, p. XLI et XLIII.

**ATHANASIIUS** *Junior* (Ἀθανάσιος ὁ νέος), patriarcha Constantinopolitanus, saec. xiii. Scripsit Theotokaria, inter quae exstat canon ad Deiparam alphabeticam acrostichidem ferens, nomenque Ἀθανασίου in ultimis cujusque odae tropariis exhibens (G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 270).

**ATHANASIIUS** *Katzykes* (Ἀθανάσιος ὁ κατζίκης), auctor megalynariorum (Ducange, *Glossarium* s. v. μεγαλυνάρια.)

**ATHANASIIUS** *Lindius* (Ἀθανάσιος Λίνδιος) Ἰβηρίτης, s. xviii? Auctor est officiorum s. Matronae τῆς Χιοπολιτιδος, s. Georgii Mitylenaei et neomartyris Nicetae Nisyrii. (M. B., p. 170, 183; Sathas, *N. Φ.*, p. 604; Zaviras, *N. E.*, p. 202).

**ATHANASIIUS** *Parvus* (Ἀθανάσιος Παρῦρος) hieromonachus, natus in insula Paro, primum Thessalonicae deinde Chii, scientiarum omnium praecepta, perdocte juventuti tradidit. Mortuus est Chii die XXIV jun. 1813.

*Athanase est assurément, après Eugène Bulgaris, le plus remarquable théologien grec de la fin du dernier siècle. Ennemi de Rome et de l'Occident, il attaque tour à tour la scolastique, le protestantisme et l'esprit philosophique représenté par Voltaire. S'il fait usage de la science moderne, c'est pour triompher plus aisément de ses adversaires : il n'épargne*

même pas ceux de ses coreligionnaires qui pensent autrement que lui. Non moins fécond que pas-sidonné, il porta son activité sur les principales branches de la science sacrée, théologie, hagiographie, liturgie, prédication. (L. Petit, *Dict. de théologie cathol.*, 2189-2190.)

Inter ejus opera liturgica, citantur : officia s. Eleutherii martyris, Phanurii neomartyris, s. Parascevae martyris, Demetrii neomartyris chii (Papadopoulos, Σ. Μ., p. 295); vita et officium Gregorii Palamae, cum duobus canonibus paracleticis in eundem Gregorium et Demetrium martyrem; officium s. Michaelis Junioris (Zaviras, Ν. Ε., p. 132-133).

SUBSIDIA: G. Papadopoulos et Zaviras, *op. cit.*; Sathas, Ν. Φ., p. 630 s.; Ph. Meyer, *Realencyklopaedie für prot. Theol. und Kirche*, 3<sup>a</sup> ed. Lipsiae, 1897, t. II, p. 205-207; L. Petit, *op. cit.*

**ATHANASIUS Rhaedestinus** (Ἀθανάσιος ὁ Ῥαιδεστινός). Vergente saeculo xviii, invenitur Methymnae apud Dionysium metropolitam. Confecit officium s. Ignatii Methymnaei, cujus canon fert acrostichidem, Ἀθανάσιον, Ἰγνάτιέ μου, προσουρεῖ (Cf. M. B., p. 70, 165; Doukakis, Μέγ. Συναξαρ. Octobr. supplement. p. 32 seq.); canones paraceticos in summos Taxiarchas et in s. Precursorem (M. B., p. 165-166); officium s. Cyriacae, virginis et martyris (Lampros, C. A., I, p. 231 ubi nota Athanasii aliud nomen, Ἀθανά-

σιου Ῥαιδεστινοῦ τοῦ Φωτεινίδου); aliaque opera melurgica (Papadopoulos, Σ. Μ., p. 297).

**ATHANASIUS Rhodius** (Ἀθανάσιος Ῥόδιος), hieromonachus, s. xviii. Auctor est canonis ad Deiparam pro Constantino Daponte in carcere incluso. (Cf. Lampros, C. A., I, 221.)

**ATHANASIUS Varuchas** (Ἀθανάσιος Βαρουχῆ) s. xvii. Lingua vernacula reddidit *Scalam s. Joannis* (Venetiis, ap. Nicolaum Glykys, 1693), hanc versionem claudunt 24 troparia in sanctam Crucem, auctore forsitan eodem Athanasio. (Cf. Legrand B. H., xvii s., III, p. 20 s.)

**ATHENOGENES** (Ἀθηνογένης) saec. iii aut iv, martyr et hymnographus, ut refert. s. Basilus (*De Spiritu sancto*, c. xxix, P. G., XXXII, 205). Falso ipsi adscribitur carmen Φῶς Ἰλαρόν. (Cf. Leclercq, *Dictionn. d'archéol. et de lit.*, col. 3104.) Juxta Bouvy (*Les Cantiques de l'Église primitive*, in ephem. *Lettres chrétiennes*, 1882, IV, p. 203), posset Athenogenes haberi ut auctor alterius veteris carminis, Ἀνεῖτε, παῖδες, Κύριον.

**AUXENTIUS** (Ἀυξέντιος) anachorita in Bithynia, c. 470. Relatus in numerum scholarium, (i. e. exercitatorum militum qui in aula versabantur, imperatoremque in publicum prodeuntem comitabantur),

piis viris, σπουδαίοις dictis, sociatur, et cum Joanne monacho, Seta, viro omni ex parte honesto, Marciano laico, qui fuit postea oeconomus Ecclesiae constantinopolitanae, et praesertim Anthimo, divini palatii ordinario decano, amicitia jungitur. Saepe autem Anthimus ille, et Auxentius ad ecclesiam Sanctae Irenis, prope ad mare sitam conveniebant ut pias vigiliis, preces inter et jejunia, ducerent. Spretis deinde regiae civitatis honoribus et illecebris, profectus est Auxentius ad partes desertas Bithyniae, consensoque quodam monte, Oxia dicto, a Chalcedone circa decem milliaria distante, parva cella et κλουβῶ seu claustris, quae pastores et incolae quidam, grati et laeti construxerant, sese includit, psallens et dicens : « Factus sum sicut passer solitarius in tecto. » Ad concilium Chalcedonense, evocatus est Dei servus, fidem suam ut coram Patribus declararet. Postea vero ad priorem montem redire noluit, sed ad alium altiore et asperiore, Scopam nomine, sese contulit. Tandem, monasterio sanctimonialium ad pedem montis constituto, meritorum dierumque plenus obdormivit in Domino. Celebratur ejus memoria die XIV februarii.

FONTES. De fontibus Vitae s. Auxentii et de ipsa vita acuto calamo agit J. Pargoire in *R. O. C.*, VIII (1903), 16 s.

Legitur in Vita sancti Auxentii turbas perpetuas ad eum convenisse

ex Urbe et locis vicinis, ipsum vero « cum versus quosdam ex duobus aut tribus dictis valde jucundos et utiles, simpliciore et minus curioso ritu descripsisset, omnes jussisse eos psallere. Nam cum primus saepe dictus esset per successionem, rursus quoque jussu beati incipiebant alterum; et deinde post secundum, tertium et reliquos ordine ». *P. G.*, CXIV, 1415. Haec Auxentii troparia jam vitae ejus inserta (*P. G.*, l. c., et Pitra, *A. S.*, I, p. xxiii-xxiv), ex *cod. Leim. lesb. saec. xi.*, M. Gedeon deprompsit (*Ἐκκλ. Ἀλήθεια*, t. XXIII [1903], p. 391). Novae autem istius editionis textum, sic ordinandum esse putamus :

Εὐχὴ ἑτέρα τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου.

- α'. Πτωχὸς καὶ πένθης  
κινέσουσί σε, Κύριε.  
Δόξα τῷ Πατρὶ,  
δόξα τῷ Υἱῷ,  
δόξα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι,  
τῷ λαλήσαντι διὰ τῶν προφητῶν.
- β'. Ἐλπίς μου ὁ Θεός,  
καταφυγὴ μου ὁ Χριστός,  
σκέπη μου τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.
- γ'. Στρατιαὶ ἐν οὐρανοῖς  
ὕμνον ἀναπέμπουσι  
καὶ ἡμεῖς οἱ ἐπὶ γῆς  
δοξολογίαν.
- δ'. Δημιουργὸς τῶν ἁπάντων,  
εἴπας καὶ ἐγεννήθημεν·  
ἐνετείλω καὶ ἐκτίσθημεν·  
πρόσταγμα ἔθου,  
καὶ οὐ παρελεύσεται.  
Σῶτερ, εὐχαριστοῦμέν σοι.
- ε'. Κύριε τῶν δυνάμεων  
ἔπαθες, ἀνέστης, ὤφθης,  
ἔργῃ κρῖναι τὸν κόσμον,  
Σῶτερ τοῦ κόσμου.

Σ'. Σὺ γὰρ εἶ Θεὸς  
τῶν μετανοούντων.  
Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβίμ  
καὶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνοίξας  
οἰκτείρησον καὶ σῶσον ἡμᾶς.

In aliquibus Horologii editionibus, secundi troparii ἐλπίς μου, etc., sanctus Ioannicius, († 846) ut auctor adscribitur; sed quo pacto error iste irrepserit, ostendit Petrides in *B. Z.*, XIII (1904), 421 s., *Notes d'hymnographie byzantine, Un tropaire de saint Auxence.*

SUBSIDIA: Praeter Pitra, Pargoire et Petridès, velim adeas E. Bouvy, summa colorum venustate Auxentii vitam moresque depingentem in op. *Poètes et Mélodes*, Nemausi, 1886, p. 230 s. — Vide etiam art. *Anthimus*.

**BABYLAS** (Βαβύλας), auctor idiom. Βήματι τυράννου, t. II, plag. doxast. Vesper. die IV sept. in festo s. Babylae martyris, episc. Antioch.; idiom. Βίον ἄλλον, t. II, doxast. II Vesper. die XXV nov. in festo s. Catharinae virg. mart.

**BARTHOLOMAEUS** (Βαρθολομαῖος), *Cryptoferratensis*, abbas monasterii Cryptae Ferratae, † circa 1020. Ipsi attribuitur Vita s. Nili Junioris (vide v. Nilus). « *L'essersi sommamente affaticato il nostro santo Abate nella composizione di devoti Cantici e sapientissime melodie in onor della Vergine e di altri Santi, dà chiaro indizio che fosse molto copiosa la serie de' Canoni da lui composti.* » Haec Sciommarì, *Note ed osservaç. istor.*

*spettanti all'insigne Badia di Grotta-Ferrata ed alla vita che si prepone di san Bartolomeo, Romae, 1728, p. 119. Pulchre scribit Pitra: « C'est à la fin de cette période. et sous l'horizon de Rome, que saint Nil le Jeune fonde Grottaferrata e' met sous la sauvegarde du pontificat suprême les rites et les mélodies, les plus anciennes peut-être et les plus pures, de l'Hellade chrétienne. Saint Barthélemi n'a pas porté en vain le nom de l'apôtre qui décida la vocation poétique de Joseph, le fécond hymnographe. Nous aimons à grouper autour de lui une dernière pléiade, et à prononcer des noms que l'on croirait imaginés à plaisir, comme si les moines de Tusculum, imitant l'Académie du palais de Charlemagne, s'étaient partagé les plus illustres appellations hymnographiques, pour se nommer: Arsenius, Clemens, Germanus, Ioannes, Iosephus, Paulus, Pancratius, Procopius, Sophronius », etc. Hymn. p. 61-62.*

FONTES 1. Vita a Luca Cryptoferratensi (P. Possinus, *Thesaurus asceticus* [Parisiis 1684], 429-455; A. Mai, *Nova Patrum bibliotheca*, VI, 2 [1853], 514-530; *P. G.*, CXXVII, 476-497). — 2. Anonymi Laudatio (Mai, *op. cit.*, 530-533; *P. G.*, CXXVII, 500-512). — Sciommarì, *op. cit.* — Rocchi, *De Coenobio Cryptoferratensi ejusque Bibliotheca et codicibus praesertim graecis Commentarii*, Tusculi, 1893, p. 260 seq.

Quae de Bartholomaei supersunt operibus, habes in Rocchi *op. cit.*

Ex his insuper, multa jam typis data sunt : « Etenim, ait idem Rocchi, can. in *Deiparae Nativit. cum idiomelo* in *Deip. assumpt.* edidit Vitalius noster in *Anthologio Rom.* an. MDCCXXXVIII ad calcem mens. Augusti, can. in *S. Caesarium* edidit Enricus Van Hoff, S. J., in t. I mens. Nov. *Act. Sanctor. Bolland.*, canones in *S. Apollinarium* et in *S. Vitalium* Farabolinius, in *SS. Petrum et Paulum* Toscanius noster, denique canon in *S. Martinum* latine redditus a Cozza nostro et oblatum Rmo Pie ep. Pictaviensi, deinde S. R. C. Card. eadem, puto, typorum viam inivit; dum vero e can. in *Encaenia templi Cryptoferr.* quaedam decerpserit Card. Pitra atque vulgavit. »

**BARTHOLOMAEUS** *Cutlumusianus* (Βαρθολομαῖος ὁ Κουτλουμουσιανός), s. XIX, ex insula Imbro, hieromonachus in monasterio a Cutlumusio (Κουτλουμούσιον) dicto (ad Athonem). De studiis hymnographicis optime meritus est ut qui libros liturgicos, Menaea praesertim, approbante constantinopolitano patriarcha, diligenter emendavit. Quid de sacrorum poetarum numero senserit, reperies in Men. mensis septemb. Prologo (n. 8 et 46), qui ex prima editione a. 1843, sumptus est.

**BASILIIUS** (Βασίλειος), Basiliius *monachus* vel *dominus* Basiliius. Auctor idiom. Τῷ τῆς σοφίας, t. IV ad apost. Vesper., die XVIII oct. in festo s. Lucae evangel.; idiom. Πάν-

των τῶν ἁγίων, t. I ad apost. Vesper., die I januar. in festo s. Basilii episc. Caesar.; canonicus Συνοδράμωμεν σήμερον, t. I, die XXI nov. in festo Praesentationis V. Mariae. Apud Rocchi, C. C., p. 143, 295, notatur canon in s. Nicolaum episc. Myrensem Τὸν ποιμένα γριστόν, t. I, habens in Theotokiis acrostichidem Basilii. *Ibid.*, p. 144, indicatur « fragmentum canonis seu hymni in translationem reliquiarum s. Nicolai, op. Basilii *Cappadocis*, qui compegit etiam superiorem, uti constat ex acrostichide in Theotociis. Incipit ante finem odae VI. Septima vero incipit Κῶδος ὑπάρχεις ». Studitis annumeratur Basiliius a Pitra, A. S., XLIII. A Basilio Juniore, Caesariensi episcopo, sub Constantino Porphyrogeneta, forte non distinguendus est Basiliius ille dominus et monachus, qui et Cappadox. Sed vide infra art. *Basiliius Pegariotes*.

**BASILIIUS.** Apud Lampros, C. A., II, 98, indicantur Στίχοι εἰς τὸν ἅγιον Ἀθανάσιον πατριάρχην, auctore Basilio.

**BASILIIUS** *Falasca*, abbas Cryptoferratensis, saec. XVII, calligraphus et hymnographus. Cf. Rocchi, *De Coenobio Cryptoferratensi*, p. 136, 138, 139, 264, 274.

**BASILIIUS** *Magnus* (Βασίλειος ὁ Μέγας), ep. Caesariensis, † 379, auctor vulgo dictus quarumdam

orationum in horologio Graecorum exstantium : Κύριε παντοκράτωρ, et Σε εὐλογούμεν ad mediam noctem; Ὁ Θεὸς ὁ ἀιώνιος et Ὁ ἐξαποστέλλων ad μεσώριον horae primae; Κύριε, ὁ Θεὸς ἱμῶν ad μεσώριον horae tertiae; Θεεὲ καὶ Κύριε ad μεσώριον horae sextae; Δέσποτα, Κύριε ad μεσώριον horae nonae; Εὐλογητὸς εἶ in fine Vesperrar.; Κύριε, Κύριε ad magnum Completorium; Δέσποτα Κύριε et Οἶδα, Κύριε ante Communionem; Δέσποτα Χριστὲ post Communionem.

**BASILIVS**, ὁ τοῦ γαζζῆ Κυριακοῦ ἐν Συμόνῃ; floruit, teste Zavira N. E., 211, circa 1650 et scripsit vitam et officium Demetrii neomartyris Philadelphensis. Cf. Lampros, *C. A.*, I, 68.

**BASILIVS PEGORIOTES** (Βασίλειος Πηγυριώτης). Eum ecclesiae Caesariensi sub Constantino Porphyrogeneta praefuisse et carmina Basilio monacho vel domino Basilio in Menaeis adscripta composuisse asserit G. Papadopoulos, *Σ. Μ.* p. 257. Quod negat Edmundus Bouvy, *La fête de l'Éσδοσ ou de la Présentation de la Vierge au Temple dans l'Église grecque*, Romae, 1897, (excerpt. ex *Bessarione*), p. 4 : « *Ily a, dans les listes des mélodes, un moine, probablement un studite, du nom de Basile, mais le titre honorifique de κύριος (liturgicis Basillii carminibus appositus), était plus ordinairement réservé aux évêques ou aux*

*personnages constitués en dignité. Georges Papadopoulos attribue notre canon (Συνδράμωμεν σήμερον, ad diem XXI nov.) à Basile, ὁ Πηγυριώτης, et il identifie ce mélode avec un Basile contemporain de Constantin Porphyrogénète et archevêque de Césarée de Cappadoce. Mais cette identification n'est pas acceptable, car au frontispice du TRIODION de Venise (a. 1601 editi, de quo agunt Bolland. Acta SS. apr., t. III, 796-797; jun., t. II, XIX-XXI), où les hymnograpbes évêques, moines et laïques se distinguent par leur vêtement, Basile Pigoriotis est représenté non avec les insignes pontificaux, mais en habit séculier, après Léon le Sage et Léon Magister. A défaut d'autres éléments de critique, ce monument figuré a pour nous une grande valeur, et nous croyons que Georges Papadopoulos a confondu deux personnages distincts, et qu'il faut distinguer notre mélode laïque Basile Pigoriotis de l'archevêque de Césarée, Basile le Jeune, homonyme et héritier du siège de Basile le Grand, κυριώτερον καὶ ὀνοματὸς καὶ ἑρόνου, comme il s'appelle lui-même, et auteur de commentaires sur les discours de saint Grégoire de Nazianze, dédiés à l'empereur Constantin Porphyrogénète. » Et p. 7 : « Quant à Basile Pigoriotis, on peut le croire contemporain de Constantin Porphyrogénète, mais il faut se garder de le confondre avec Basile le Jeune, archevêque de Césarée. »*

(Continuabitur catalogus.)

# Hymnographi byzantini : Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur)

Casimir Emereau

---

**Citer ce document / Cite this document :**

Emereau Casimir. Hymnographi byzantini : Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur). In: Échos d'Orient, tome 22, n°129, 1923. pp. 11-25;

doi : <https://doi.org/10.3406/rebyz.1923.4369>

[https://www.persee.fr/doc/rebyz\\_1146-9447\\_1923\\_num\\_22\\_129\\_4369](https://www.persee.fr/doc/rebyz_1146-9447_1923_num_22_129_4369)

---

Fichier pdf généré le 14/04/2018



# HYMNOGRAPHI BYZANTINI

QUORUM NOMINA

IN LITTERAS DIGESSIT NOTULISQUE ADORNAVIT

C. ÉMEREAU

(*Continuatur.*)

**BENEDICTUS** (βενέδικτος κύριος Βενέδικτος ἱεροδιάκονος Ἰώσπος τοῦ Σημακοῦ, sic a Lampros vocatus, *C. A.*, II, 452). Composuit officium sanctorum Anargyrorum, Lampros, *ibid.*, 445, et acoluthiam festi ab Ἀξιόν ἐστίν dicti, *ibid.*, 452: acoluthiam vero τῆς Ἰωσοδόγου πηγῆς retractavit, *ibid.*, 381.

**BYZANTIUS** (Βυζάντιος). Auctor est idiomelorum :

Ἡλουσίων δωρεῶν in t. II doxast. Vesper. in festo ss. Constantini et Helenae, die XXI maii.

Σήμερον τοῦ φωτός in tono II pl. doxast ad Vesper. s. Joann. Bapt., die XXIV junii.

Ἡ σοφία in t. I pl. doxast. ad process. (λατῆ) ss. Petri et Pauli, die XXIX junii.

Ὡς προκόπτων in t. II ad apost. Laudum in festo s. Procopii martyris, die VIII julii.

Δεῦτε πιστοί in t. II ad Laudes in festo ss. Quirici et Julittae, die XV julii.

Δεῦτε τῶν ὀρθοδόξων, in t. VI doxast. Vesper. in festo s. Eliae Thesb., die XX julii.

Ἐξέλαμψε in t. II pl. doxast. Vesper. in festo s. Panteleimonis, die XXVII julii.

Ἀγῶνα καλόν, in t. I ad process. (λατῆ) ejusdem festi.

Δεῦτε, φιλομήτορες, in t. I pl. ad process. ejusdem festi.

Μητρικόν, in t. pl. IV doxast ad Vesp. ejusdem festi.

Σήμερον ἐξέλαμψε in t. IV ad apost. Laudum ejusdem festi.

Ὁ πνεύματι Ἁγίῳ in t. II pl. ad Καὶ ἄν, ad Vesp. Indict., die I sept.

Νεὸν φυτόν in t. II doxast. Vesper. in festo s. Mamantis, die II sept.

Συγγάριτε ἁγῶν in t. II pl. doxast. Vesper. in festo s. Michaelis arch., die VI sept.

Ἡῶσα γλῶσσα in t. IV pl. doxast. Vesper. in festo s. Euphemiae virg. et mart., die XVI sept.

Σήμερον γοροί in t. I doxast. ad apost. Laudum, in eodem festo.

Ἐκ στειροσύνης in t. II pl. doxast. ad Vesper. s. Joannis Bapt., die XXIII sept.

Τὸν οἶνον in t. II doxast. Vesp. in festo assumptionis s. Joannis Evangelistae, die XXVI sept.

Ἀναπέσων in t. IV doxast. ad process. (λατῆ) ejusdem festi.

Ἡρὸ τοῦ τιμίου in t. IV doxast. Vesp. in festo ss. Callistrati et sociorum ejus, die XXVII sept.

Τὸ σκεῦος in t. I doxast. Vesp. in festo s. Ananiae apost., die I oct. (Anatolio a quibusdam attribuitur).

Ἐξ ἠύματτα in t. IV pl. doxast. Vesper. in festo ss. Nazarii et Celsi, die XIV oct.

Ἐν τῇ παρβύγι in t. I doxast. Laudum in festo s. Jacobi apost. die XXIII oct.

Σήμερον συγκαλεῖται in t. II pl. doxast. Vesper. in festo s. Demetrii mart., die XXVI oct.

Ἀσκήσεως in t. II doxast. Vesper. in festo s. Pauli archiepisc. Constantinop., die VI nov.

Συγγράματα ἡμῶν in t. II pl. doxast. Vesper. in festo ss. Michaelis et Gabrielis archangel., die VIII nov.

Ἡάλων ἡμῶν in t. II pl. doxast. Vesper. in festo ss. Menae et sociorum ejus, die XI nov.

Καταλιπών in t. II doxast. Vesper. in festo s. Philippi apost.

Ἡσχιόνη, et Ἡ θεόκλητος, et Τὴν πανήγυριν in t. II ad apost. Laudum in festo ss. Barbarae mart. et s. Joannis Damasceni, die IV dec.

Quae ipsi adscribuntur idiomela, die XXIV julii, Cassiae sunt potius assignanda.

Iste Byzantius qui sit nemo hactenus dedit. Scribit Christ *A. G.*, p. XLIII: « Βυζάντιος et Βύζας nescio an ejusdem poetae nomina fuerint. Sed neque hoc neque illud nomen viam mihi aperuit certius aliquid de vita melodi cujus minora tantum carmina exstant cognoscendi; quamquam, ex eo quod canones ejus nulli feruntur, concludere possis vetustioribus eum potius quam recentioribus vatibus esse adnumerandum. » Juxta G. Papadop., Σ. Μ., p. 152, a Byzantio non distinguendus est Byzas; nam duo haec nomina unum eundemque melodum designant, nempe Leonem Scholasticum, saec. VII. Nulli tamen historicae probationi innititur haec assertio.

#### BYZAS (Βύζας).

In libris liturgicis ipsi adscribuntur idiomela.

Τοῦ μεγάλου in t. II pl. doxast. Vesper. in festo s. Philippi apost., die XIV nov.

Τὴν πεντάριθμον in t. I ad Laudes in festo ss. Eustratii et soc. ejus, die XIII dec.

Σπήλαιον εὐτρεπίζου in t. II pl. ad apost. Laudum s. Ignatii mart., die XX dec.

Ἀνούφρευτε Παρθένε in t. pl. II ad Vesp. s. Anastasiae mart., die XXII dec.

Τὴν ἱερατικὴν στολήν in t. III ad process. (λιτή), die I januarii.

Ὡ θεία in t. I ad apost. Vesper. eadem die.

Ἰπέκλινας κάραν in t. II doxast. Vesper. in Epiphania Domini., die VI jan.

Ὡς τοῦ Ἡερόματος in t. IV doxast. Vesper. in synaxi s. Joannis Baptistae, die VII jan.

Τὰ τῶν Ἀγγέλων in t. I doxast. Vesper. in festo s. Polyeucti mart., die IX jan.

Σήμερον ἡμῶν in t. II pl. doxast. Vesper. in festo Caten. s. Petri apost., die XVI jan.

Τῷ ἕκτῳ in t. I ad process. (λιτή) Annuntiationis B. M. V., die XXV martii.

Τοῦ εὐσεβοῦς in t. II ad process. (λιτή) ss. Constantini et Helenae, die XXI maii.

Τῷ ἐκουσίως in t. IV pl. doxast. Vesper. in festo s. Mariae Magdal., die XXII julii.

Παρέλαθεν in t. IV pl. ad apost. Laudum in festo Transfigurationis Domini, die VI aug.

"Ὅτε ἡ μετάστασις in t. II pl. ad Laudes Assumptionis B. M. V., die XV aug. Cf. art. *Byzantius*.

**CALLINICUS** *Heracliensis* (Καλλι-  
νίκος Ἡρακλείας), auctor canonis  
in honorem Deiparae, ut videtur,  
scripti et in codice a. 1732 reperti.  
Cf. M. B., 167.

**CALLIOPIUS** *Calliergus* (Καλλιό-  
πιος Καλλιεργός) hieromonachus  
cretensis, s. xvii, composuit offi-  
cium s. Gobdelae, martyris. Cf.  
Lampros, *C. A.*, II, 234, et Legrand,  
*B. H.* (xvii s.), II, 129. Adjutorem  
habuit in hoc officio describendo,  
Emmanuelem Tzane, qui et Bou-  
niali appellatur.

**CALLISTUS** (Καλλίστος) mona-  
chus, auctor canonis in honorem  
Deiparae, ut videtur, scripti. M. B.,  
167.

**CAMPITES** *Papaphilippi* (Καμπίτης  
Παπαφιλίππου), s. xviii, auctor duo-  
rum officiorum in honorem divi  
Theophanis. Cf. Zaviras, N. E., 400.

**CASSIA** (Κασσία, Κασία, Ίκασία,  
Εὐκασία, Κασσιανή) saec. ix. Una  
fuit ex formosis selectisque illis  
virginibus quae in conspectum  
Theophili imperatoris productae  
sunt ut ex eis, quam vellet in ma-  
trimonium ducere, princeps elige-  
ret. Egregia forma quamvis excel-  
leret, imprudenti loquela imperium  
amisit et a Theodora aemula victa

est (Cf. Symeonis Magistri, *Annales*,  
*P. G.*, CIX, 685; Regel, *Analecta*  
*byzantinorussica*, Petropoli, 1891,  
p. 1 s.; E. W. Brooks, *The mar-  
riage of the emperor Theophilos*, in  
*B. Z.*, X [1901], p. 540-544). Seces-  
sit Cassia in monasterium quod  
ipsa Constantinopoli condiderat  
ibique orationi et sacrarum musa-  
rum cultui totam se dedit (Cf. Co-  
dinus, *De antiquitatibus constanti-  
nopolitanis*, edit. Bonn., p. 123).  
Juxta Petridis sententiam (*Cassia*  
in *R. O. C.*, VII, 1902, p. 224-227),  
monacha nostra ab illa Cassia ad  
quam Theodorus Studita plures  
epistolas scripsit, non est distin-  
guenda (Cf. Mai, *Nova bibl. Patrum*,  
t. VIII, p. 125, 217. *P. G.*, t. XCIX,  
col. 1621). Narrant etiam Cassiani  
seu insulae Casi incolae, Icasiam  
virginem e Constantinopoli ad eam-  
dem insulam venisse, ibique cur-  
sum vitae in orationibus et labo-  
ribus confecisse (Cf. G. Sassos,  
*Ἀπολογία τῆς ἁγίας ὁσίας μητρὸς*  
*ἡμῶν Κασσιανῆς*, Alexandriae, 1889;  
Gedeon, *Βυζαντινὸν ἐρετολόγιον*,  
p. 218).

Praeter lepidos iambos ex quibus  
Ἐῶμαι seu *Sententiae* Cassiae con-  
flantur (harum *Sententiarum* textus  
invenitur apud Krumbacher, *Kasia*  
in *Sitzungsber. der philo-philol.*  
*und der histor. Klasse der k. b.*  
*Akad. der Wissensch. zu München*,  
1897, p. 357-368), alia exstant car-  
mina eaque rhythmica, quibus Sap-  
pho nostranobilissimam sibi famam  
comparavit. Haec autem sunt :

a) 11 stichera idiomela.

In Menaeis :

Doxastich. Ἡ Ἐδέσσα εὐφραίνεται  
in t. II, ad Vesp. ss. martyr. Gu-  
riae, Samonae et Abibi, die XV nov.

Doxasticha Τὴν πεντάχορδον et  
Ἐπὲρ τὴν τῶν Ἑλλήνων παιδείαν,  
in t. IV, ad Laudes ss. martyr.  
Eustratii, Auxentii, etc., die XIII dec.

Doxastich. Ἀγίουστου μοναρχή-  
σαντος in t. II ad primas Vesper.  
Natalis Domini, die XV dec.

Doxastich. Ἠσαίου γῶν in t. IV  
pl. ad Vesper. s. Joannis Bapt.,  
die XXIV junii.

In Triodio, doxastich. Κύριε, ἦ  
ἐν πολλαῖς ἁμαρτίαις in t. IV pl. ad  
Laudes Ferae IV Maj. Hebdomadae.

In. B. Z., t. X (1901), p. 60, 61,  
quatuor idiomela in t. IV in s. Chris-  
tinam, a Papadopoulos-Kerameus  
edita, quae in Menaeis ad diem  
XXIV jul. Byzantio adscribuntur  
diversoque ordine distribuuntur.

Idiomelum Ἀπεστάλη Γαβριήλ ad  
Laudes Annuntiationis B. M. V.,  
die XXV mart., quod in Menaeis  
anonymum exstat. Cf. Papadopou-  
los-Keram., *loc. cit.*

b) 4 hirmi tetraodii pro Sabbato  
Sancto (Cf. Georgii Monachi, op.,  
edit Bonn., p. 790; edit. Muralt,  
p. 700). Legitur et in Triodio ad  
Laudes Sabbati Sancti quod canonis  
hujus diei tres dantur auctores :  
Marcus nempe, Hydruntinus epi-  
scopus, cui adscribuntur quatuor  
priors odae: mulier quaedam Cas-  
sia nomine quae hirmos compo-  
suisse dicitur: Cosmas Majumensis

episcopus cui quatuor reliquae odae  
adsignantur. Quod quidem et a  
Theodoro Prodromo declaratur,  
quippe qui hoc affert testimonium :  
Ὁ παρῶν κανὼν ποιήματα μὲν ἐστὶν  
ἄχρι τῆς πέμπτης ὥδης Μάρκου ἐπισ-  
κόπου Ἰδρουῦντος, ἐκ δὲ ταύτης ἄχρις  
ἐνάτης τοῦ μεγάλου ποιητοῦ Κοσμά·  
ἀλλὰ πολὺ πρότερον, ὡς ἐξ ἀγγράφου  
ἔργου ἐν παραδόσει, γυνή τις τῶν  
Ἐθναπρωτῶν σώσει καὶ παρθένος, Κασία  
τοῦνομα, τοῦ τε μέλους ἀρχηγὸς  
ἐγγράμματισε καὶ τὸν κανὼνα συνεπερά-  
νατο· οἱ δὲ ὕστερον τὸ μέλος μὲν ἀγα-  
σάμενοι, ἀνάξιον ὁμοίως κρίναντες  
γυναικείοις συμπλέξαι λόγοις τὰ τοῦ  
ἥρωος ἐκείνου μουσουργήματα, τὸ  
μέλος παραδόντες τῷ Μάρκῳ καὶ τοὺς  
εἰρημὸς ἐγγειρήσαντες τὴν πλοκήν  
τῶν τροπαρίων μόνων τούτῳ ἐπέτερεσαν  
(Allatius, *De libris ecclesiast. Grae-  
corum*, p. 74 s.; Christ et Parani-  
kas, *A. G.*, p. xlviii et p. 196; Qui-  
rini, *Diatribae ad priorem partem  
veteris officii quadragesim. Graeciae  
orthodoxae*, Romae, 1721, p. 130 s.)  
De hac quaestione fusius agit Pe-  
trides, *op. cit.*, p. 240-242.

c) canonis in defunctos, t. IV  
plag. a Krumbacher editi ex cod.  
cryptensi I', b, V s. ix (Krumbacher,  
*op. cit.*, p. 347-356).

Ex idiomelis suprâ relatis unum  
celeberrimum exstat apud Graecos,  
doxasticum nempe feriae IV Majo-  
ris Hebdomadae, Κύριε, ἦ ἐν πολλαῖς  
ἁμαρτίαις, de quo lepidissima ea vul-  
gata est fama. « *L'empereur Théo-  
phile*, ait L. Petit, *aimait comme tous  
les empereurs de Byzance, à s'occu-*

per d'affaires religieuses. Comme il visitait, un jour, les divers monastères de sa capitale, il se présenta au couvent où Cassia vivait retirée... Tandis que toutes les autres religieuses s'empressent au-devant de l'auguste visiteur, Cassia reste à sa table de travail pour achever le doxasticon déjà aux trois quarts composé. Mais bientôt un bruit de pas se fait entendre dans le corridor : c'est l'empereur qui passe l'inspection des cellules. Cassia aussitôt de tout quitter pour courir se cacher dans le petit oratoire attenant à sa cellule. A peine entré dans celle-ci, Théophile, en bon visiteur aimant à se rendre compte de tout, jette les yeux sur le manuscrit de Cassia. Etrange coïncidence : la pièce inachevée s'arrêtait à cette incise relative à la frayeur causée à la première femme par le bruit des pas de l'Éternel, au soir de cette journée néfaste où fut commis le premier péché :

... ἐν τῷ παραδείσῳ ἔβη τὸ θεῖον  
 κροῦτον τοῖς ὀστέσις ἡγγεῖστα...

Théophile, en homme d'esprit, complète la phrase en ajoutant de sa propre main cette incise, dont les courtisans durent aussitôt faire l'application :

τῷ φέβῳ ἐκφέβη

Cassia n'eut rien à changer au texte, d'ailleurs fort court, de son collaborateur inattendu : elle acheva, sans autre incident, sa pièce interrompue. » (Notes d'histoire littéraire, in *B. Z.*, VII, 1898, p. 594-596.)

SUBSIDIA. Krumbacher et Petridis

opera cit. potissimum commendantur, quibus addi possunt : Pitra, *Hymnographie*, p. 55; Gregoriades, *Ἡ ἱερὰ μὲν τῶν Σινῶν*. Hierosolym, 1875, p. 19 (ubi quaestio est de psalterio a Cassia ipsa, ut fertur, descripto et in Sinaitica bibliotheca asservato; Gardthausen, *Catalog.*, p. 22); Th. Reinach, *Revue des études grecques*, t. XI (1898), p. 234; Bury, *The english historical review*, t. XIII (1898), p. 340; K. Weyman, *B. Z.*, t. VII (1898), p. 210; A. Ludwig, *Animadversiones ad Cassiae sentent.*, excerpta, Regiomont. 1898; P. Maas, *Metrisches zu den Sentenzen der Kassia*, in *B. Z.*, t. X (1901), p. 54-59; Nicolai Ambrazi *Ἡ βίος τῆς ἐμπνευσμένης ποικιλῆς καὶ ἐξοφῆς τῆς Ἐκκλησίας Ἑλληνικῆς Κωνσταντῆς*. Athenis; G. Papadopoulos. *Συμβολαί*, p. 251 s. De vita Cassiae historiam fabularem confecerunt Alexandra Papadopouli, *Τὸ πρῶτον τῆς ἐκπαιδείας*, in *Ἑστῆς*, 6 jun. 1893. Cf. etiam J. Psichari, *Cassia et la Pomme d'or* (Extrait de l'Annuaire de l'École pratique des hautes études, 1910-1911).

**CHRISTODULUS** *Bulgaris* (Νηπιτῶ-δοῦλος ὁ Βουλγαρίας) s. XVII, presbyter Corecyrensis, archimandrita, frater Nicolai Bulgaris. Edidit officia ss. Spiridonis, Jasonis, Sosipatri, Cercyrae et Arsenii Corecyrensis. (Venet. 1674) quae, ut puto, ipse composuit. Cf. Legrand, *B. H.*, XVII<sup>e</sup> s., II, 255, 256, 258, 302, 306, 381. De nobili corecyrensi familia Bulgaris dicta, plurima inveniuntur apud Legrand, *op. cit.*, 254, 293 et passim. Cf. etiam *Dictionn. de théo-*

*logie cathol. s. v. Bulgaris (Eugène) et Bulgaris (Nicolas).*

**CHRISTOPHORUS** *patricius, proconsul, Mitylenaeus* (Χριστόφορος ὁ πατρικίου καὶ ἀνθύπατος ὁ Μιτυληναῖος) floruit saec. XI. Praeter iambica et anacreontica carmina, exstant sub nomine Christophori :

a) *Synaxarium iambicum* Dominicae Sanctorum Patrum (in Menaeis ad diem XVIII dec.).

b) *Synaxarium iambicum* (Συναξαῖριον διςπυγόν ἰαμβικόν), seu magnum kalendarium ex distichis singulis anni diebus assignatis constans (quod invenitur in Menaeis et in Μέγας Συναξαριστής Constant. Dukakis);

c) *Stichera προσόμοια* ad duodecim anni menses, seu parvum kalendarium exhibens pro singulis mensibus tria troparia in quibus praecipui sancti laudantur (quod invenitur in Μέγας Συναξαριστής ad finem cuiusque mensis: in Ἐκκλησιαστικῶν Ἡμερολόγιον Constantinopoli, 1887: in Horologio Andr. Spinelli, Venet. 1563). Cf. art. *Christophus Protasecretis*.

SUBSIDIA. Krumbacher, *G. B. L.*, 737 s. Ed. Kurtz, *Die Gedichte des Christophoros Mitylenaios*, Lipsiae, 1903. Cf. etiam M. B., p. 50.

**CHRISTOPHORUS** *Protasecretis* (Χριστόφορος πρωτασηκρήτης). Auctor est canonis in t. II pl. pro hebdomada τῆς Τυρηνῆς. A Christophoro Mitylenaeo distinguendus est, uti

apparet ex dictis Eduardi Kurtz, *op. cit.* (in articulo praeced.), p. XVIII, qui eum saec. IX vixisse ostendit. Errat ergo G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 267, distinctionem supra dictam omittendo.

**CHRYSANTHUS** *Cyprius* (Χρῦσανθος ὁ Κύπριος), protopsaltes. Composuit acoluthiam s. Michaelis Synnaddensis (Venet. 1769), officiumque Acahisti eodem anno edidit, additis canone paraclético ad sanctam Crucem, duobus officiis in honorem s. Philippi et duobus canonibus ad Deiparam. Cf. Bretos, *N. Φ.*, I, p. 88, 89; G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 297.

**CHRYSANTHUS** *protosyncellus, hieromonachus*, auctor canonis in Dionysium patriarcham constantinopolitanum (saec. XVI). Cf. *Ἐλλητικὸν Φιλολογικὸν Συγγ.* Constantinopoli, 1882, supplem. ad t. XVII, p. 14, 15.

**CLEMENS** (Κλήμενς). Ipsi adscribuntur haec carmina :

a) *Edita*. Canon in Moisen, t. IV, die IV sept.: canon in ss. Taxiarchas, t. IV pl., die VIII nov.: canon in ss. Patres, t. II pl., die XVIII dec.; canon in s. Joannem Clim., t. I, die XXX mart.: canon in Septem pueros Dormientes, t. II, die IV aug. Qui omnes in Menaeis inveniuntur. Editi sunt etiam : canon in B. M. Virginem, t. I (Nicodemi Θεοτοκίου, ed. Venet., 1898, p. 89 s.): canon in ss. Acyndinum et socios ejus, t. IV (*Acta Sanct.* nov. t. I,

p. 510 s.); canon in s. Abercium, t. IV (Pitra, *A. S.*, II, p. 180 s.); canon in sacerdotem defunctum, t. II pl. (Goar, *Euchologium*, p. 566 s.)

b) *Inedita*. Canon in magnum habitum induendum (Rocchi, *C. C.*, p. 286); canon pro infirmis morti proximis (*Ibid.*, p. 287); duo canones in sacerdotem defunctum (*Ibid.*, l. c.); canon in sanctimoniali vita functam (*Ibid.*, l. c.); canon in s. Eustathium (*Ibid.*, p. 302); in s. Eupraxiam (*Ibid.*, p. 310); canon pro Dominica II ante Nativ. Domini (*Ibid.*, p. 314); canon in s. Codratum (*Ibid.*, p. 318); canon in s. Nicetam (*Ibid.*, l. c.); tres canones in Deiparam in Theotocario, anno 1732 a Luca Nicaeno diacono digesto, de quo cf. *M. B.*, p. 167).

Asserunt Maius (*Spicilegium Romanum*, t. IV, p. VII) et Pitra (*Hymnographie*, p. 58, 63.) Clementem ad conficiendum Triodium et ipsum operam contulisse.

Sed quis sit Clemens iste haud facile dixerim. Pitra (*Hymnographie*, p. 55, 62, CLIV et *A.*, S. I, p. XLIII), Krumbacher (*Studien zu den Legenden des hl. Theodosios*, p. 325, 333), G. Papadopoulos (*Σ. Μ.*, p. 248), Marin (*De Studio*, Parisiis, 1897, p. 106: *Les moines de Constantinople*, Parisiis, 1897, p. 504) hymnographis studitis illum annumerandum esse putant quod jam antea affirmabant Urbanus Siberus et Fabricius (*Bibliotheca graeca*, t. X, p. 131). A Sciommari vero (*Vita*

*sancti Bartholomaei, Romae*, 1728, p. 120) cooptatur Clemens Cryptoferratensibus melodis. Et hoc quidem haud absurde, quippe cum tot exstent in cryptensibus codicibus Clementi adscripti canones.

Recolitur apud Graecos s. Clementis hymnographi memoria, die XXX aprilis cum hac synaxarii mentione : Μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Κλήμεντος τοῦ ποιητοῦ. Ejus officium a Petride editum est : *Office inédit de saint Clément hymnographe*, in *B. Z.*, XII (1903), 571-581. Ex hoc officio liquet eum monachum, et sacrarum imaginum defensorem exstitisse, quin et in exilio mortem pro tuenda fide subiisse.

SUBSIDIA. Petrides, *op. cit.* : S. Salaville, *Dictionn. d'archéologie chrét. et de liturgie*, s. v.

**CONSTANTINUS Acropolita** (Κωνσταντῖνος ὁ Ἀκροπόλιτης) saec. XIII-XIV. Auctor est antiphonarum ad B. M. Virginem Cf. M. Treu, *Δελτίον τῆς ἱστορικῆς καὶ ἐθνολογικῆς ἐταιρείας τῆς Ἑλλάδος*, t. IV (Athenis, 1892), p. 42 s.

**CONSTANTINUS Cantacuzenus** (Κ. ὁ Καντακουζηνός) s. XVIII. Edidit officium s. Mandilii. Venet., 1748. Cf. Zaviras, *N. E.*, p. 407, 408.

**CONSTANTINUS Dapontes** (Κωνσταντῖνος Δαπόντες) (1713-1784). Multis postquam indoluit adversis, monachus factus est in insula Piperi. Anno 1757, petiit Athonem et in monasterio Xeropotamo,



usque ad finem vitae permansit.

Auctor est officiorum ss. Charalampi, Matronae et Spyridonis, Bucharesti, 1736; s. Rhegini Scopelensis, Venetiis, 1746 — hymnorum in honorem B. M. V., sub titulo Ἐγκόλπιον λογικόν, Venetiis, 1770 (et Lipsiae, 2<sup>a</sup> edit. a. 1836) editorum. De eo citantur etiam 24 troparia in sanctam Crucem (Papadopoulos-Kerameus, I. B., II, p. 585); dubito Dapontis ne sint an alius auctoris ista troparia quippe quae a tropariis *Scalae s. Joannis* insertis (vide v. *Athanasius Varuchas*) non videantur differre; canon in Crucem (*ibid.*, p. 586); megalynaria ad Deiparam et ad sanctum Nicolaum (Lampros, *C. A.*, II, p. 148; nota nomen *Καισάρης* quo Dapontes in saeculo vocabatur); canon πολλῶν ἑξαμέτρων lingua vernacula scriptus (editusque a Gabriele Sophocle in op. *Κῆπος γαρύφων*, Athenis, 1880, p. 286 s.; cf. Lampros, II, p. 167); makarismi et talanismi (*ibid.*); troparia in s. Epiphanium (Lampros, I, 218); officium s. Athanasii Magni (*ibid.*); hymni ad Virginem Deiparam (*ibid.*, p. 219); varia carmina (*ibid.*, p. 221-228), etc.

SUBSIDIA: Sathas, N. Φ., p. 501 s.; et Μεσ. βιβλ., III, proleg.: G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 308-309; Zaviras, N. Ε., p. 388-393, et imprimis E. Legrand, *Ephémérides Daces* (Parisiis, 1898), t. III, in principio. Vide etiam L. Petit in *Dictionn. de théologie cathol.* s. v.

**CONSTANTINUS** *Oeconomus* (Κ. ὁ Οἰκονόμος) celeberrimus scriptor, saec. XIX. Auctor est: officii, in honorem s. Alexandri Nevaei (saec. XII, a fluvio Neva sic dicti), cujus memoria die I aug. celebratur: trium sticherorum in s. Jacobum apost.; tropariorum in ss. Antonium mart. et socios ejus.; troparii in s. imaginem τοῦ Ἐλεγομένου. Quae omnia reperiuntur in opere *Τὰ σωζόμενα ἐκκλησιαστικὰ συγγράμματα Κωνσταντίνου...* τοῦ ἑξ Οἰκονόμων, Athenis, 1862, t. I, p. 225, 275, 277.

**CONSTANTINUS VII** *Porphyrogenitus* (Κ. Πορφυρογέννητος) imperator (913-959), filius Leonis Sapientis. Composuit undecim Ἐξαποστειλάρια ἀνάστημα quibus postea crescente in dies cultu Mariae theotokia subjuncta fuerunt. Textus exstat in *P. G.*, CVII, 300-308 (cum tropariis Leoni Sapienti assignatis) et in op. Christ, *A. G.*, 110-112 (desunt theotokia).

SUBSIDIA. A. Rambaud, *L'Empire grec au X<sup>e</sup> siècle. Constantin Porphyrogénète*, Parisiis, 1870, p. 72; G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 257.

**COSMAS** *Cyprius* (Κοσμάς ὁ Κύπριος), composuit vitam et officium s. Joannis Vladimiri Bulgarorum regis et martyr. in Dalmatia (Venet., ed. 1690). Cf. Zaviras, N. Ε., p. 190, 191, 387.

**COSMAS** *Ganochorita* (Κοσμάς Γανοχωρίτης) qui et Hagiotaphita (Ἁγιο-

παλιπύτης) vocatur. Vixit XVIII<sup>o</sup> saeculo. Ἐκ Νόρου Ἰάνου (Ganus vel Gannus) oriundus esse videtur. Ad Sanctum Sepulchrum, hieromonachi et magistri dignitate auctus invenitur. Prusam venit die XXVII jul. 1787.

Composuit : officium santi Xenophontis (Papadopoulos-Keram., I. B., II, 400) — tres canones in Sanctam Virginem Mariam, in s. Nicolaum, in s. Bessarionem Larisensem archiepiscopum, in neomartyrem Seraphinum, archiepisc. Phanar. et Neochor. (M. B., I, 104).

De Gano, Thracio monte ad littora Propontidis posito, vide H. Delehayé, *Mélanges d'archéologie et d'histoire*. t. XVII (1897), p. 55. not. 2.

**COSMAS Hagiotaphita** (Κ. ὁ Ἀγιοπαλιπύτης) monachus, citatur in libris liturgicis editis et in Hirmologio saec. XI-XII (Cf. Papadop.-Keram., I. B., II, 157). Haud alius est fortasse atque Cosmas Melodus (cf. art. *Cosmas Melodus*).

**COSMAS Hagiotaphita**. Cf. art. *Cosmas Ganochorita*.

**COSMAS Hierosolymitanus**. Cf. art. *Cosmas Melodus*.

**COSMAS MELODUS** (Κοσμάς ὁ Μελωδός) qui et Cosmas Hierosolymitanus (ὁ Ἱεροσολυμίτης) et Cosmas Maiumensis (Κοσμάς ὁ Μαϊουμῆ) vocatur, octavo saeculo medio flo-

ruit. A patre Joannis Damasceni adoptatus, una cum Joanne educatur et instituitur, Cosma Siculo magistro. Hierosolymam postquam petiit, ipse etiam in coenobium S. Sabae recessit. Non absurde tamen putandum est eum Sacram Urbem saltem paulisper incoluisse, cum ab hac Urbe Hierosolymitanus vel Hagiotaphita cognominatus sit. Utrum vero ad lauram S. Sabae Ioanni praevis perrexerit an potius ambo iter una fecerint, dictu difficile est. Piis monasticae vitae palaestris dum miscet Cosmas sacrae carmina Musae, Majumae in agro Phoenicio episcopus eligitur (743). Ejus memoriam die XIV octobris celebrant Graeci.

FONTES : Cf. art. *Ioann. Damasc.* — Papadopoulos Kerameus, A. I. Σ., IV 271-302, 303-350 (V, 405-407) — *Acta SS.* oct. VI, 549 s. — Inter inedita L. Allatii opera, exstat *Vita sancti Cosmae Melodi*, gr.-lat. Cf. *Ephemerid. Athen.* Παρθένου. XIX (1898) 239, artic. : Λέγοντες Ἀλλεπίου ἀνέκδοτα σύγγραμματα.

Cum Joanne conturbernali, Cosmas in dies dominicas et praecipuas Christi solemnitates necnon et in festa Mariae matris carmina composuit, quorum splendore et gratia magnum sibi nomen apud Byzantinos fecit. Non rarum est a scriptoribus graecis Joannis et Cosmae laudes aequiparari. Hujus tamen praeclari Melodi opera genuina, difficile est enumerare : cognominis enim ille Cosmas Sicu-

lus quem ab Arabibus captum et a Joannis Damasceni patre redemptum, Joannis et Cosmae Melodi novimus fuisse postea magistrum atque in laura S. Sabae socium, sua cum discipuli carminibus opera facilem confundendi subministravit ansam. Memoratu etiam digna est ea qua Gregorii Theologi libros perscrutatus est diligentia Cosmas, cujus cetera ipse haud exile prae-buit documentum.

EDITIONES. Migne, *P. G.* XCVIII, 459-514 (Cosmae Hierosolymit. 13 Hymni), 513-524 (Cosmae Monachi 11 odae). — Christ et Paranikas, *A. G.*, 161-204 (Cosmae Maiumensis Canones et Triodia; canones in Exaltationem Crucis, in Christi Nativitatem, in Theophaniam, in Hypapantem, in Transfigurationem, in Dormitionem Dei Genitricis [deest in Migne], in Dominicam Paumarum, Triodion pro secunda feria Maj. Hebdomad., Diodion pro tertia feria Majoris Hebdomad., Triodion pro quarta feria Maj. Hebd., Canon pro quinta feria Maj. Hebd., Triodion pro Parasceve, Canon pro Magno Sabbato [desunt in Migne odae quae priorem acrostichidis partem componunt], Canon in Pentecosten). — Pitra *A. S.*, I, p. 410-412 (Profesta cantica in Epiphaniam); p. 527-529 (Excursus in Cosmae de Assumpta Virgine Canticum). — Papadopoulos-Kerameus, *A. I. S.*, II (1894) 164 s. (Canon pro Magno Sabbato. De principio hujus canonis et de Marco Hydruntino, cf. *Πρόλογος*, σελ. ζ' [Christ et Paranikas, *A. G.*, p. 196 nota]). — Συναγωγὴ

καὶ ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ θεὸς Γρηγόριος. ed. Maii, *Spic. Roman.* II, 2, p. 1-373 (Migne, *P. G.*, XXXVIII, 339-679). — Cosmae Mel. Canon in Christum (inc. Πένθος μοι δώρησαι) in Paulo de Lagarde, *Johannis Euchaitarum metropolitae quae in codice vatic. gr. 676 supersunt* (Abhandl. der Göttinger Gesellsch. d. Wiss. 28 [1882] 95-218) 222. — Cosmae Melodi notantur *Κανόνες ἁγιογραφικοί* in Papadopoulos-Kerameus I. B., praesertim in t. II, p. 562.

SUBSIDIA Christ et Paranikas, *A. G.* p. XLIX s. — Krumbacher, *G. B. L.*, 674 s. — Stevenson, *Theodori Prodromi commentarii in carmina sacra melodorum Cosmae Hieropolitani et Joannis Damasceni*, Rom. 1888 (praefatus est card. Pitra).

Multa sunt quae in libris liturgicis sancto Cosmae vel Domino Cosmae vel Cosmae *Monacho* (Κοσμά Μοναχῷ, adjuncto haud raro Ἀγιοπολίτης cognomine adscribuntur carmina, v. g. :

Die VI jan. ad Ἀιτήν, idiom. in tono IV Ὁ ἀναβαλλόμενος: canon in tono II (τοῦ κυρίου Κοσμά), Βυθὸς ἀνεκάλυψε.

Die XXV jan. canon in tono I (τοῦ ἁγίου Κοσμά) Ἐπαυον ὁ θεόπτης.

Die II febr. in Hypapante, ad Magn. Vesper. idiom. apostich. in tono gravi, Κατακόσμησον τὸν νυμφῶνά σου quod servat eadem die liturgia latina in antiphona *Adorna thalamum tuum, Sion*, mutatis passim aliquot vocibus; canon in tono III, Χέρσον ἀβυσσοπόκον.

Die XXV mart. ad Αιπίην, doxast. in tono II Εὐχαριστήσιμος ὁ Γάβριηλ.

Die VI maii, in festo s. Job, canon (τοῦ ἁγίου Κοσμά, οἱ δὲ, Ἰωάννου Μοναχοῦ) in tono IV, Τὸν καρτερικόν.

Die XXIX jun. in festo ss. Petri et Pauli, ad Laud. apost. doxastic. Ἦ πάνσεπτος.

Die I aug. in festo ss. Macchab. ad Vesperar. apost. doxasticon in tono IV pl. Ἠσυχία δικαίων.

Die VI aug. in Transfigur. Domini, ad Vesp. 4 idiom. in tono IV.

Die XV aug. in festo Dormit. B. M. V., canon (τοῦ Κυρίου Κοσμά) in tono I Ἡσποικιλήμνη.

Die XIV sept. in Exaltat. s. Crucis, canon (τοῦ Κυρίου Κοσμά) in tono IV plagio, Σταυρὸν χαράξας.

Die XXV dec. in Nat. Domini, canon in tono I Χριστὸς γεννᾶται.

Dominica Palmarum, canon in tono IV Ὁρθήσαν αἱ πηγαί. — et alia Hebdom. Maj. carmina Cosmae nomini assignata.

Dominica Myrophorarum, ad Magnas Vesperas, doxast. in tono II plag. Αἱ Μυροφόροι ὑγιαίνουσιν.

Dominica Pentecostes, canon in tono gravi Ἠόντω ἐξάλυψε.

Dominica Sanctorum Omnium, canon Stauroanastasimus in tono IV pl. Ἐπήρθησαν πύλαι. Etc.

Quae quidem omnia Melodus noster videtur ipse composuisse. Alium vero Cosmam monachum, canonis Sabbati Lazari in tono IV pl. Ὁ πρὶν ἐκ μὴ ὄντων, et canonis in honorem ss. David et Jacobi (die XXVI dec.) in tono IV, Σήμερον

ποιμένεις, auctorem esse judicant Christ et Paranikas, *A. G.*, p. 1.

**COSMAS** *Monachus* Cf. art. *Cosmas Melodus*.

**COSMAS** *Siphnius* (Κ. Σίφνιος) hieromonachus Athonita, composuit acoluthiam in sanctas Deiparae imagines. Cf. Lampros *C. A.*, II, 376.

**COSMAS** monachus in *Vatopedio* (Βατοπεδίου) monasterio ad Athonem, composuit anno 1720 officium s. Thomae apost. Cf. Lampros *C. A.*, II, 316.

**COSMAS** *Vestitor* (Κ. Βεστήτωρ) auctor canonis in Conceptionem sanctissimae Deiparae cum acrostichide κατὰ ἀλφάβητον (*P. G.*, t. CVI 1013-1017). Floruit saec. IX. cf. Fr. Dickamp, *Hippolytos von Theben*, Monast. 1898, p. 128 s.

**CUCULUS.** Melodorum nemo ullus sub hoc nomine exstitit. Lecta tamen in Taurinensi codice B. IV, 34 hac epigraphe : τὸ κοουκούλιον ἰδιόμελον, quae τὸ κοουκούλιον ἰδιόμελον legenda erat, cardinalis Pitra (*A. S.*, I, p. 332), tam de nomine quam de homine incertus, novum inde creavit hymnographum. Quae vero factitio isti poetae assignantur in honorem s. Stephani protomart. carmina, opus sunt Romani Melodi. Cf. Krumbacher, *Die Akrostichis in der griechischen Kirchenpoesie*, 1904, p. 560.

**CUMULAS** (Κουμουλάς). Ignotus iste melodus sibi vindicat idioma-  
lum Τὴ τὰ μύρα in t. II ad Vesp.  
Domin. Myrophorarum et idioma-  
lum Ἐπὶ τῆ προβατικῆ in t. I pl. ad  
process. (λατῆ) Domin. Paralytici.

**CYPRIANUS** (Κυπριανός). Ipsi assi-  
gnantur in Menaeis idiomela :

Ἡ τῶν λευθάνων in t. II. ad Vesp.  
die I sept. in festo s. Symeonis Styl.

Θαυμάσιος εἶ in t. II, ad apost.  
Vesper. eadem die.

Ἡ τῶν χειρῶν in t. II, ad process.  
(λατῆ), die XIV sept. in festo Exal-  
tat. s. Crucis.

Ἐξ βρέφους in t. IV doxast. ad  
Vesp. in festo s. Phocae martyr.,  
die XXII sept.

Τῶν νεερῶν in t. I ad process.  
(λατῆ) festi ss. archangel. Michaelis  
et Gabrielis.

Χαίρετε προφήται in t. II ad Vesp.  
festi ss. Patrum, die XVIII dec.

Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα in t. II et Οἶκος  
τοῦ Ἐφραθῆ *automelum* et Ἰδοὺ χαίρετε  
in t. II, die XX dec., in proheort.  
Nativitatis Christi.

Κρήτη προσορτάζει in t. II doxast.  
ad Vesp. in festo ss. Martyrum  
Cret., die XXIII dec.

Ἀλλοφορικόν in t. I, Πρωτομάρτυς  
in t. I pl., Χαίροις ἐν Κυρίῳ in t. IV  
pl. ad Laudes s. Stephani proto-  
mart., die XXVII dec.

Τῷ ἀγγέλῳ σου in t. I et Εἰς τὰ  
ὄρα in t. II ad aposticha Laudum in  
festo ss. Innocentium, die XXIX dec.

Ὅσπερ φιλίξ doxast. in t. II  
ad aposticha Laudum in festo s.

Ephraem Syri, die XXVIII jan.

Ἐπερφρονήσας doxast. in t. II ad  
Vesp. s. Tryphonis mart., die I febr.

Προφητικῶς doxast. in t. II ad  
Vesp. ss. martyrum Sebast., die  
IX martii (Κυπριανὸς μοναχὸς).

Ἄνος τῷ Θεῷ in t. II ad Laudes  
festi s. Procopii mart., die VIII jul.

Μετὰ τῶν ἄνω doxast. in t. I ad  
aposticha Laudum in festo s. Chris-  
tinae mart., die XXIV julii.

Citaturetiam Cyprianus *monachus*  
in hirmologio xi-xii s. (Papadop.-  
Keram, I. B., II, p. 157, 741), ut auc-  
tor acoluthiae in Pascha Domini.

Haud immerito notavit Pitra (*A. S.*, I, 418 s.). Cypriani idiomela et  
imprimis hirmum Οἶκος τοῦ Ἐφραθῆ  
annosam et auream vetustatem  
sapere. Nec casu factum est ut oc-  
tavus inter insigniores melodos  
Cyprianus collocaretur, quos ve-  
tera Menaea a fronte ostentant  
commendandos. Cf. quae de Trio-  
dio Maximi Cytherorum episcopi  
recitant *Acta Sanct.* apr. t. III, p. 796-  
797; jun. t. II, p. XIX-XXI.

**CYRIACUS** (Κυριακός) Auctor est  
kontakii in resurrectionem Lazari  
(textus in opere Krumbacher, *Roma-  
nos und Kyriakos, Sitzungb. der  
philos.-philol. und der histor. Kl.  
der Kgl. bayer. Ak. der Wissensch.*,  
1901, Heft V, 726-735; primam  
sed imperfectam truncamque edi-  
tionem jam praebuerat Pitra, *A. S.*,  
I, 284-288). Hoc kontakion his  
verbis incipit : Ἀξάρων τὸν φίλον  
σου. Exstat aliunde inter hymnos

Romani Melodi carmen in Judam cum mentione πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον (hujus carminis textus, in opere Krumbacher modo citato, 736-752). Licet utrumque ad alterum poema in multis respondeat, concludendum tamen est cum Krumbacher quod nec Cyriacus a Romano nec Romanus a Cyriaco mutuatus sit hirmum: sed quod uterque ad normam alicujus prisci et ignoti carminis proprium exegerit opus.

S. Petrides (*Les mélodes Cyriaque et Théophane le Sicilien*, in *E. O.* IV [1901], p. 282 s.) Cyriacum nostrum, dum Romano Melodo contendit praebuisse hirmum, ipsum a Cyriaco Anachorita (448-556), canonarcho in laura Sancti Charitonis, non distinguendum esse asserit. Cyriacum Anachoritam celebrant Graeci die XXIX sept.: in ejus canone a Stephano Sabaita composito haec merito notaveris verba: εὐτόλως μελωδοῦντα ἀγρυπνίας ἀπεύστας.

Cyriaco assignatur etiam canon in s. Heliam Spilaeotam, in *C. C.* (cod. Δ. a. I, saec. XI labentis vel XII ineuntis. Rocchi, p. 290).

**CYRILLUS Alexandrinus** (Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας) († 444). Hunc hymnographis annumerat Pitra (*A. S.*, I, 444) cujus sententiae favet G. Papadopoulos (*Σ. Μ.*, 137). Ipsi adscribenda esset, juxta perantiquam Graecorum traditionem praestantissima τῶν παθῶν ἀποδόσεις.

**CYRILLUS VI Constantinopolitanus** patriarcha († 1821). Adrianopolitanus metropolita prius fuit. Auctor est carminum:

Ὁ ἀρχιεπίσκοπος in t. III ad diem I sept. pro indict.

Ἐραρυγῶν in. t. II pl. doxast. Vesper., die XVIII januar. in festo ss. Athanasii et Cyrilli.

Ἦ ἑσπέρια in t. IV apolyt. Vesper., die XV julii, in festo ss. Quirici et Julittae.

Illi etiam assignantur megalynaria et troparia in *C. A.* Lampros, II, 386).

Cf. Bartholom. Cutlumusiani Prologum ad Men. mensis Sept., p. 13.

**CYRILLUS Sinaita** archiepiscopus (Κ. Σινῶ), saec. XVIII composuit officium s. Januarii Napolit. (Venet., 1776). Cf. G. Papadopoulos. *Σ. Μ.* 297: Bretos, Ν. Φ., I, 97.

**DAMIANUS** (Δαμιανός), de quo sermo est in hirmologio cod. hierosolymit. 83. Cf. Papadopoulos-Keram., I. B., II, 157.

**DANIEL** (Δανιήλ), quem Studitis annumerat Pitra (*A. S.*, I, p. XLIII).

**DAVID** (Δαβίδ) Monachus athonita. Auctor est canonis in s. Georgium, cujus acrostichis sic se habet: Ἐργὸν σε, Γεώργιε, Δαβίδ ἐκ πόθου. δεῖ γὰρ δεῖ in Menaeis, ad diem XXIII apr. Notatur hic canon a Palama in editione Nicolai Bulgaris operis, cui titulus Ἐργὸν Κωνσταντινῶν Constantinopoli, 1861, p. 33,

nota. [Petrides, in *E. O.*, VIII (1905) p. 299 haec scribit de Davide : « *Le canon de David semble avoir remplacé dans l'office de saint Georges le canon de Georges Skylitzès que j'ai publié récemment (Cf. V. V., X [1903] p. 460 seq.) Georges Skylitzès vivait lui-même dans la seconde moitié du XIII<sup>e</sup> siècle. David serait donc postérieur à cette date. Faudrait-il l'identifier avec David Dishypatos, le moine polémiste du XIV<sup>e</sup> siècle?* »

**DEMETRIUS** (Δημήτριος), auctor canonis in t. IV pl. in ss. Andronicum et Athanasiam, die IX oct. : ipsum esse reor quem Studitis annumerat Pitra *A. S.* I, p. XLIII.

**DEMETRIUS** *Canisces* (Δ. ὁ Κανίσκος), auctor canonis ad s. Theodoram, in t. I. Invenitur hic canon in cod. XV s. Cf. Papadopoulos-Keram., I. B., III, 146.

**DEMETRIUS** *Chomatianus* (Δ. ὁ Χωματιανός) Achridae et totius Bulgariae archiepiscopus, saec. XIII. Auctor est officii s. Clementis Bulgar. (Venetiis 1784). De Demetrio Chomatiano prolixus sermo est apud Pitra, *A. S.*, VII. Cf. etiam art. L. Petit, *Dictionnaire de théol. cathol.*, s. v.

**DIONYSIUS** *Papadopoulos* (Διονύσιος Παπαδόπουλος), hieromonachus: composuit officium Damiani neomartyris (Venetiis, 1805).

**DIONYSIUS** *Trapezuntinus* (Δ. Τραπεζούντιος) Chaldiae archiepiscopus.

circa a. 1760. Auctor est idiomerorum ad ss. Barnabam et Sophronium (Sathas, N. Φ., p. 605: G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 326), et officiorum ss. Barnabae et Soterichi (= Sophronii?) (Buchar., 1769: Zaviras, N. E., p. 281).

**DOMITIUS** (Δομήτιος. Δομέτιος) composuit Kontakium in s. Joannem Baptistam, cujus acrostichis ita se habet εἰς τὸν Ἡρόδοτον Δομήτιου (Pitra *A. S.*, I, p. XXXII, 320-327). Priscis melodis annumeratur a Pitra. Haud inepte hic arcessiveris Dometium protopresbyteri munere in monasterio Deiparae ἐν τοῖς Ἡέτρον fungentem. de quo loquitur s. Andreas Cretensis (*P. G.*, XCVII, 1244), vel etiam sanctum illum Dometium qui in Menaeis die IX martii celebratur.

**DOROTHEUS** (Δωρόθεος) monachus saec. vi. Tabathae, ad Seridi abbatis coenobium secessit, ubi Joannem abbatem, illustrem S. Barsanuphii discipulum et prophetae titulo clarum, magistrum habuit. Cf. S. Vailhé, *Saint Dorothee et saint Zozime* in *E. O.*, t. IV, p. 359 s. In ejus Expositionibus in s. Gregorium Nazianz. inveniuntur duorum veterum psalmorum ex verbis ejusdem Gregorii conflatorum fragmenta (*P. G.*, LXXXVIII, 1821 s., 1829). De quibus optime disserit Petrides, *Notes d'hymnographie byzantine*, B. Z., XIII (1904) 423 s.

(Continuabitur catalogus.)

# Hymnographi Byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur)

Casimir Emereau

---

**Citer ce document / Cite this document :**

Emereau Casimir. Hymnographi Byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur). In: Échos d'Orient, tome 22, n°132, 1923. pp. 419-439;

doi : <https://doi.org/10.3406/rebyz.1923.4420>

[https://www.persee.fr/doc/rebyz\\_1146-9447\\_1923\\_num\\_22\\_132\\_4420](https://www.persee.fr/doc/rebyz_1146-9447_1923_num_22_132_4420)

---

Fichier pdf généré le 14/04/2018



# HYMNOGRAPHI BYZANTINI

QUORUM NOMINA

IN LITTERAS DIGESSIT NOTULISQUE ADORNAVIT

C. ÉMEREAU

(*Continuatur.*)

**ELEUTHERIUS** *Smyrnaeus* (Ἐλευθέριος Σμυρναῖος), auctor canonis in s. Charalampum (Lampros, *C. A.*, II, 404).

**ELIAS** *Cretensis Defensor* (Ἠλίας Κρήτης ὁ Ἐκδικος) presbyter saec. xii? Carmina composuit de quibus sermo est in Fabricii *B. G.*, X, p. 508. Cf. etiam Lamii, *Deliciae eruditorum*, Florent. 1743, p. 4, et M. B., p. 166 et Lampros, *C. A.*, I, 273. In Theotocario Nicodemi Hagioritae (3<sup>a</sup> ed. Venet., 1898, p. 51), exstat canon Eliae Cretensi Ecdico adscriptus. G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 235, ab Elia Cretensi episcopo, qui VII oecumenico concilio (787) interfuit, hunc Eliam non distinguit.

**ELIAS** *Hierosolymitanus* patriarcha. Eliae assignantur a Pitra, carmina de SS. Sergio et Baccho (*A. S.*, p. 289), de Daniele propheta (p. 291), de Elia propheta (p. 293, 296) et inter anepigrapha, probabili saltem argumento carmina de Crucis inventione (p. 507), de Samaritana muliere (p. 491), de S. Anania apostolo (p. 568). Memorat Pitra canonem cyclicum de SS. Apostolis in quo non pauciora quam centum uno minus troparia cum hac conflantur acrostichide: Ἠλίου μελόδημα (p. LXXVII). Citatur etiam Elias in hirmologio s. xi-xii, Papadopoulos-Keram., I. B., II, p. 157, et in alio hirmologio s. xiii, Rocchi, *C. C.*, p. 247. Sed cum

plures dantur cognomines Eliae qui Hierosolymorum patriarchalem sedem tenere, difficile est dictu cuiquam adscribenda sint supra dicta carmina. Eliam secundum hujus nominis, qui Hierosolymis a. 796 invenitur, rectius forsitan accessiveris, ad carminum aetatem argumentumque si respexeris.

**ELIAS** *monachus*, citatur in hirmologio saec. xi-xii. Cf. Papadopoulos-Keram., I. B., II, p. 157.

**ELIAS** *Syncellus* (Ἠ. ὁ σύγκελλος), saec. ix, concilio Constantinopolitano (869-870), nomine ac vice patriarchae hierosolymitani, interfuit. Huic Eliae haud absurde adscripseris duo carmina anacreontica quae Matranga edidit (*Anecdota Graeca*, t. II, p. 641-643; ex quibus unum invenitur apud Christ, *A. G.*, p. 47). Quaestionem tamen movit modo laudatus Matranga utrum hic sit Elias qui saec. viii archiepiscopus exstitit Hierosolymorum. Cf. L. Petit, *Dictionnaire d'archéologie chrét. et de liturgie*, s. v. *Anacréontiques*. Cf. etiam art. *Elias Hierosolymitanus*.

**EMMANUEL**, Cf. art. *Calliopi*us.

**EPHRAEM** *Athanaeus* (Ἐφραίμ Ἀθηναῖος), hierosolymitanus patriarcha (+ 1771). De eo citatur canon ad Deiparam. Cf. Zaviras, *N. E.*, p. 299; G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 326; Δέλτιον τῆς... ἐταιρίας τῆς Ἐλλ. IV (1892), p. 262.

**EPHRAEM** *Cariae* (Ἐ. Καρίας), Cariae aut civis aut episcopus. Nihil certi de ejus vita memoriae proditum est. Ex eo autem quod nulli canones ejus sed idiomela tantum exstant, octavo saeculo, quo maxime idiomelorum studia fervebant, eum vixisse probabiliter conjiciendum est. Sic Christ, *A. G.*, p. XLIII. Ipsi assignantur idiomela :

Τῆ Νικομηδέων, in t. IV, die III sept. in festo s. Anthimi mart.

Ἦ μακαρία δούα, in t. I pl. die IX sept. in festo ss. Joach. et Annae.

Ὁ δεύτερος Ἰώβ, in t. II, die XX sept. in festo s. Eustathii mart.

Προοίμιον τυπικῶς, in t. II pl. die III nov. in festo ss. Aepsimae et soc. ejus.

Τῆς ἡλιακῆς, in t. IV, die VIII nov. in festo ss. Michaelis et Gabrielis, arch.

Ἐορτὴ χαρμόσυνος, in t. II pl. die XXIV jun. in festo ss. apost. Petri et Pauli.

Ζῆλος ἀνδρός, in t. I, die XXVI aug. in festo ss. Adriani et Nataliae, mart.

**EPHRAEM** *Syrus* (Ἐφραῖμ ὁ Σύρος), Edessenae ecclesiae diaconus, ineunte saec. iv. Nisibi natus, mortuus est a. 373. Multa syro sermone composuit quae jam eo vivente graece translata sunt, sed in his versionibus haud raro idem servatur metrum quo syrus ligatur sermo; inde byzantinae hymnodiae exordia patescere. Cf. S.-J. Mercati, *S. Ephraem Syri opera*, t. I, fasc. 1,

Romae, 1915. C. Emereau, *Saint Ephrem le Syrien, son œuvre littéraire grecque*, Paris, 1918. Quanti vero Ephraem Syrus Romanus Melodus ipse pependerit, accipi potest a Th. Wehofer, *Untersuchungen zum Lied des Romanos auf die Wiederkunft des Herrn* (Sitzungsber. der K. Akad. der Wiss. in Wien, philos.-hist. kl. 154, Band, 5. Abhandl. Wien, 1907.

Exstat in liturgia sub nomine Ephraem oratio brevis quae sic incipit : Κύριε καὶ Δέσποτα (Triodion, p. 80). Juxta Philaretum a Tchernigov (*Istoritcheskiy Obzor piésnopitsev i piésnopiènia gretcheskoï tserkvi*, 3<sup>a</sup> edit., Petropoli, 1902, p. 88) sibi etiam vindicaret Ephraem Syrus orationem ad B. M. V. : Ἄσπιλε, ἀμόλυντε, quae in Horologio (p. 123), Paulo monasterii constantinopolitani ab Evergetide dicti abbati adscribitur.

**EPIPHANIUS** (Ἐπιφάνιος). In festo s. Romani Melodi, die I oct. habent theotokia canonis hanc acrostichidem : Ἐπιφανίου. Cf. S. Pétridès, *Office inédit de saint Romain le Mélode*, in *B. Z.*, XI (1902), p. 359.

**EPIPHANIUS** τῶν Καλλιστράτων monachus in Urbe Constantinopolitana, circa a. 780, de quo agit F. Diekamp, *Hippolytos von Theben*, Monast. 1898, p. 145. Fortasse distinguendus non est ab Epiphano *Studita*, quem hymnographis annumerat Pitra (*A. S.*, I, p. XLIII).

**EPIPHANIUS** *Demetriades* (Ἐ. Δημητριάδης) qui et ὁ Σκιαθίως dicitur saec. XIX. Auctor est officii s. Tychonis. Cf. Lampros, *C. A.*, II, 344.

**EPIPHANIUS** *Studita*. Cf. art. *Epiphanius τῶν Καλλιστράτων*.

**EUDOCIMUS** (Ἐὐδόκιμος) saec. IX? De Eudocimo citatur canon in habitum monachorum, in Papadop.-Keram., I. B., II, 632, et Rocchi. *C. C.*, p. 254. Dum Pitra anceps Eudocimum melodis aggregat, Rocchi, *l. c.*, illum haud inepte fingit eundem esse atque Eudocimum, qui cognominatus est junior, cujus memoria die XXXI julii recolitur. Vixit Eudocimus ille, temporibus Theophili imperatoris.

**EUGENIUS** *Aelolus* (Ἐὐγένιος Αἰτωλός), hieromonachus ἐξ Ἀγγάρων in Acarnania saec. XVII, († 6 aug. 1682). Ejus vita descripta est ab Anastasio Gordio discipulo. (Cf. Sathas, *Μεσ. Βιβλ.*, III, 423 s.) Auctor est officii Cyrilli Lucaris (Zaviras, *N. E.*, 298; Sathas, *op. cit.*, 472) et officii Dionysii Junioris ab Olympo dicti (Sathas, *op. cit.*, 472).

**EUSTATHIUS** (Ἐὐστάθιος) *Thessalonicensis* archiepiscopus († circa a. 1192-1194). Cf. Krumbacher, *G. B. L.*, p. 536 s. Ipsi adscribitur canon de s. Demetrio (*P. G.*, CXXVI, 162-167). Auctor est insuper commentarii in hymnum Pentecostalem s. Ioannis Damasceni

(Mai, *Spicil. Rom.* V [1841], II, p. 161-383).

**EUTHYMIUS** (Ἐὐθύμιος) patriarcha. De eo citatur canon Ἦὼς μου θρηνησῶ τὸν βίον τὸν ῥηπαρόν... Cf. Gardthausen (p. 179), *Cod. Sinait.* 827, XIII s.

**EUTHYMIUS** *Steiriota*. Auctor est canonum de s. Luca Juniore Steiriota, a Steirio, Στεῖριον, monasterio in Phocide sic dicto; de s. Michaelae, etc. Cf. Papadop.-Keram., I. B., II, 474, 475, 477; Kremos, *Φωκιά.*, I (Athenis, 1874), 117, 122.

**EUTHYMIUS** *Studita*. Citatur a Pitra (*A. S.*, I, p. XLIII).

**EUTHYMIUS** *Syncellus* et monachus. De eo citatur canon paracleticus ad Deiparam (Lampros, *C. A.*, I, 69).

**GABRIEL** (Γαβριήλ) saec. X? Gabrielis hymnographi nomen prae se ferunt:

1<sup>o</sup> Idiomelum in s. Symeonem, in tono II, cum titulo Γαβριήλ μοναχῶ (a Papadopoulos-Keram. editum ex cod. Mosq. synod. 153, fol 28; cf. art. Ὁ ὑμνογράφος Γαβριήλ., *B. Z.*, XII [1903], p. 171-172).

2<sup>o</sup> Quinque canones: nempe canon in s. Nicolaum (de quo duo sumuntur troparia apud Allatium, *Joannes Henricus Hottingerus fraudis et imposturae convictus*, Romae,

1661, p. 179) — canon in Deiparam τῆς Πορταίτισσας, monasterii Iberorum ad Athonem, protectricem, in tono IV plag. cum acrostichide Ἄδω σοι τῇ μητρὶ τοῦ Λόγου Γαβριὴλ θύτης et oda prima celeberrima Ἀμαρτηλάτην Φαραῶ ἐβύθισε ejus canonis partem edidit Pitra in libro *Hymnographie*, p. 10-18, ex cod. 436 Mosq. synod. Memoratu dignum est quod Pitra, posteaquam Petropoli, apud Dominicanos, hunc perlegerat canonem, mox feliciter intellexit certis legibus regi carminum byzantinorum numeros — canon in s. Lucam a Steirio dictum (anonym. in Menaeis ad diem VII oct., sed in cod. Mosq. synod. 153. fol. 59-63 adscribitur Gabrieli monacho; cf. Papadopoulo-Keram., *op. cit.*, p. 171). — canones duo in s. partum Virg. Mariae, ad diem XXVI dec. et in vigil. dominicae Palmarum, juxta typicum monasterii constantinopolitani τῆς Εὐεργέτιδος (indicantur hi canones in A. Dimitrievskij, *Τυπικά*, Kiev, 1895, p. 359 et 541).

3<sup>o</sup> Novem hymni, scilicet kontakium in honorem ss. Photii et Aniceti martyrum, cum acrostichide Γαβριήλ (in Menaeis, ad diem XII aug. kontak. Laudum Τοὺς θεῖους, in tono II, sed deest Gabrielis nomen; Pitra, *A. S.*, 330; Amphiloerii, *Kontakarij*, Mosq. 1870, p. 132; Papadopoulo-Keram., *op. cit.*, p. 171) — hymnus in vigil. Epiphaniae (ined. exstat in cod. Patm. 212, cf. Krumbacher, *Die Akrostichis*

*in der griechischen Kirchnpoesie, in Sitzungsber. der philos.-philol. und der histor. Klasse der K. bay. Akad. der Wissensch.*, 1903, p. 603) — hymnus in s. Theopemptum et soc. ejus, ad diem VII febr. (ined. in eodem cod. cf. Krumbacher, *op. cit.*, p. 609) — hymnus in s. Theophylactum, ad diem VIII martii (ined. in eodem cod. cf. Krumbacher, *op. cit.*, p. 610) — hymnus in metheortia Annuntiationis, ad diem XXVI martii (ined. in eodem cod. cf. Krumbacher, *op. et l. cit.* — hymnus in s. Febroniam, ad diem XXII jun. (ined. in eodem cod. cf. Krumbacher, *op. cit.*, p. 612) — hymnus in s. Symeonem Salum, ad diem XXI julii (ined. in eodem codice cf. Krumbacher, *op. cit.*, p. 613) — hymnus in proheortia Transfigurationis, ad diem V aug. (ined. in eodem cod. cf. Krumbacher, *op. et l. cit.*) — hymnus in monachorum exequias (ined. exstat in Patm. 213, cf. Krumbacher, *op. cit.*, p. 617).

Sintne unius ejusdemque Gabrielis quae modo citata sunt carmina, dicat nunc Petrides : « *Or, à mon avis, hymnes et canons cités plus haut sont dus au même hymnographe. Le style ne s'y oppose pas. On rapprochera l'ἀρχὴν qui termine l'acrostiche du canon à saint Luc des deux ἀρχὴν qui termine l'acrostiche de l'hymne à saint Syméon Salos. On retrouvera dans l'hymne aux saints Photius et Anicet la doctrine du canon à saint Nicolas sur la vision béatifique. Notre mélode a dû écrire vers la fin du*

x<sup>e</sup> siècle : les manuscrits de Patmos contenant partie de ses œuvres sont datés du siècle suivant. J'ai eu tort de supposer qu'il a pu vivre au monastère de l'Evergétis, celui-ci n'ayant été fondé que peu avant 1054. » (*David et Gabriel, hymnographes*, in *E. O.*, VIII [1905], 298-301.)

**GALACTIO** (Γαλακτίων). Sub ejus nomine in Papadop.-Keram., I. B., I, 375, inveniuntur tres canones : duo περὶ ἀντιστοιχῶν cum acrostichide α-ω Γαλακτίων, et tertius cum acrost. Ἑρμηνεία ὄρμησεν ὁδόν. Cf. art. *Theodorus Prodromus*.

**GENNADIUS** (Γεννάδιος) monachus, auctor sticheri ad s. Joannem Climac. in t. II (Cf. Papadop.-Keram., I. B., III, 152-153).

**GENNADIUS Scholarius** (Γ. ὁ Σχολάριος), qui et in saeculo Georgius, primus post captam Urbem a Turcarum sultano patriarcha creatus (1454-1456), auctor canonis in Gregorium Palamam, incip. Ἴδού τὸ φῶς (Cf. Allat., *Contra Hotting.*, p. 209) et quarumdam orationum (de quibus cf. Lampros, *C. A.*, I, 105). De vita et scriptis Gennadii, cf. Krumbacher, *G. B. L.*, 119 s.

**GEORGIUS** (Γεώργιος). In libris liturgicis exstant sub nomine Georgii :

Idiomelum Τῆ γριστονύμφ, in t. II, ad diem XXIV jul. in festo s. Christinae.

Canon Χαρίτων τοῦ Πνεύματος, in t. IV, ad diem XXV febr. in festo s. Tarasii.

Canon in s. Sabinum, Τὸ ὄμμα καθάραντες, in t. II pl. ad diem XVI martii.

Canon in proheort. Annuntiationis B. M. V., Ὁ κόσμος, in t. IV, ad diem XXIV martii (dubie Georgio attribuitur).

Canon in s. Marcum Arethus. Τῆς Ἐκκλησίας, in t. I, ad diem XXIX martii.

Canon in s. Glyceriam, Τῶν ἀρετῶν, in t. II, ad diem XIII maii.

Canon in s. Joannem Baptistam, Κοσμεῖται τὴν γῆριν, in t. IV, ad diem XXIV junii.

Canon in pretiosam Zonam B. M. V., Λαμπάδα, in t. IV, ad diem XXXI augusti.

Canon in s. Pelagiam, Προθεῖσα, in t. IV, ad diem VIII oct.

Canon in proheort. conceptionis Annae, Χαρᾶς ἡμῶν, in t. II, ad diem VIII dec.

Canon in ss. Innocentes, Νεοποιεῖται, in t. II pl., ad diem XXIX dec.

Canon in festum Praesentat. B. M. V. Σοφίας πανάγγραντε (Cf. art. *Georgius Necomediensis*).

Canon in Dominicam Publicani, Παρὰβουλαῖς, in t. IV. (Triodion, p. 3.)

Inveniuntur, in op. *De Immac. Deiparae Concept. Hymnologia Graecorum*, auctoribus Toscanio et Cozza, p. 43, canon ad Deiparam, ferens in theotokiis acrostichidem Γεωργίου (Cf. Pitra, *A. S.*, I, p. 658,

notam); in Pitra, *A. S.*, I, p. 275-283, canon in Praesentat. B. M. V. ferens acrostichidem Τοῦ ταπεινοῦ Γεωργίου ὕμνος; in Vitalis *Anthologio*, Romae, 1738, canon in Visitationem B. M. V., die II jul. cum acrostichide Τὴν σὴν πόθῳ Δέσποινα δοξάζω χάριν, Γεώργιος, et canon in Assumpt. die XV aug. cum acrostichide Χαράν ξένη κοίμησις ἀνθρώπων φέρει. Γεωργίου. In *A. S.*, I, p. 660, citatur alius canon de Annuntiatione B. M. V. In Rocchi, *C. C.*, p. 143, 302, 328, 329, 396, exstant et alia carmina Georgio adscripta. Cf. etiam in Papadop.-Keram., I. B., III, p. 145, can. in s. Theodorum Tironem et s. Theodorum militem.

Equidem difficile est certo notare discrimine omnes illos melodos qui sub nomine Georgii inveniuntur apud Byzantinos, et revera laudandus est Allatius ut qui luculentam edidit *de Georgiis* diatribam (Fabricius, *B. G.*, X); multum tamen abest ut ipse horum cognominum agmen excusserit. Notare etiam juvabit unum certo exstetisse Georgium qui peculiari studio concinendis Deiparae mysteriis operam dedit, uti patet ex carminibus modo citatis.

**GEORGIUS Amastrensis** (Γ. Ἀμάστριδος) floruit VIII-IX saec. Ad sedem episcopalem ecclesiae Amastrensis sub Tarasio patriarcha evectus est. (De ejus vita cf. *Acta Sanct.* febr. III, 271-283; Vasilievskij, in

*Quaest. Russo-Byz.*, II, anno 1893.) Auctor est idiomelorum et canonum. Cf. G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 246.

**GEORGIUS Anatolius** (Γ. Ἀνατόλιος). Citatur in hirmologio XI-XII s. apud Papadop.-Keram., I. B., II, p. 157 descripto.

**GEORGIUS Bardanes** (Γ. ὁ Βαρδάνης) qui et *Atticus* vocatur, Corcyrensis metropolita, saec. XIII. Auctor est carminum in officio s. Arsenii Corcyrensis receptorum. Cf. Pétridès-Emereau, *Saint Arsène de Corfou*, in *E. O.*, XX (1921), p. 433 s.

**GEORGIUS Choniates** (Γ. ὁ Χωνιάτης), Corcyrensis metropolita, saec. XII? Officio s. Arsenii Corcyrensis componendo operam dedit. Cf. Pétridès-Emereau, *Saint Arsène de Corfou*, in *E. O.*, XX (1921), p. 437.

**GEORGIUS Chrysogonus** (Γ. Χρυσόγονος), qui et Trapezuntius. Floruit saec. XVIII. Auctor est canonis iambici ad s. Nicolaum, officii s. Charalampi et aliorum plurimorum carminum. Cf. Sathas, *Μεσαιων. Βιβλ.*, III, 192; G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 325.

**GEORGIUS Coressius** (Γ. ὁ Κορέσιος), Chii natus (circa 1650?), composuit officium Theophili Zacynthii, neomart. Cf. G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 294, 295.

**GEORGIUS Cretensis** (Γ. ὁ Κρήσις), cui adscribuntur troparia in codice xviii s. (Lampros, *C. A.*, I, 32), artis musicae peritissimus exstitit. Floruit s. xviii-xix. Cf. G. Papadop., *Σ. Μ.*, p. 317.

**GEORGIUS Eugenicus** (Γ. ὁ Εὐγενικός) diaconus, et Magnae Ecclesiae σακέλλιος. Composuit officium s. Spiridonis, ad diem XII dec. Cf. Papadop.-Keram., *I. B.*, II, 569.

**GEORGIUS Hagiopolita** (Γ. ὁ Ἀγιοπολίτης), qui et Sergius, « melodus sane non contemnendus », ut verbis Rocchi utar (*C. C.*, p. 96). Cf. art. *Sergius Hagiopolita*.

**GEORGIUS Lesbicus** (Γ. ὁ Λέσβιος), auctor canonis paracletici ad s. Nicolaum (*M. B.*, p. 165). Exstat etiam (*Ibid.* p. 166) alius canon ad Deiparam sub nomine Georgii.

**GEORGIUS Nicomediensis** (Γ. Νικομηδείας), saec. ix, amicitia Photio conjunctissimus. Auctor est idiomelorum: *Χρυσέως ἰθάρως*, in t. II, ad diem XIII nov. in festo s. Joannis Chrysostomi: *Τῶν ἁγίων*, in t. IV pl. ad diem XIII julii, in festo ss. Patrum Chalcedonensis synodi: *Ἀγαλλιάσθω*, in t. I et *Σήμερον ἡ θεομώρητος*, in t. IV, ad diem XXI nov. in festo Praesentationis B. M. V. Composuit officium et canonem *Σοφίας πανήγυραντε*, in t. IV, pro festo Praesentationis B. M. V. Cf. E. Bouvy, *La fête de l'Ἐπιστοδός ou de*

*la Présentation de la Vierge au Temple dans l'Église grecque, Romae, 1897.*

**GEORGIUS Pisida** (Γ. ὁ Πισιδίης), saec. vii. Falso illi a Quercio attribuitur hymnus Acathistus. Cf. Quercii monitum in *P. G.*, t. XCII, p. 1334 s.

**GEORGIUS Papadopulus** (Γ. Παπαδόπουλος), Cretensis presbyter ἐκ Σούδας τῆς Κρήτης. Composuit canonem ad Deiparam Venetiis a. 1772 editum. Cf. G. Papadopoulos, *Σ. Μ.*, p. 325.

**GEORGIUS Rammata** (Γ. Ραμματᾶ. Ραματᾶ. Ἀρματᾶ), auctor tropariorum in s. Nicolaum (Cf. Allatius, *J. H. Hollingerus*, p. 178, et *De Georgiis*. Fabricius, *B. G.*, X, p. 660; hoc ultimo loco quinque enumerantur troparia quorum duo ultima incip. *Σαλπίζομεν ἐν σάλπιγγι*, et edita exstant in Menaeis ad diem VI dec. in festo ejusdem s. Nicolai); in s. Joannem Baptistam (Cf. Lampros, *C. A.*, I, 127, 382; II, 344, 385; *M. B.*, p. 99). Distinguendus est Georgius ille a Georgio Athanasio Rammata, sacerdote (anno 1704), de quo sermo est apud Lampros, *C. A.*, I, 73.

**GEORGIUS Sassus** (Γ. Ν. Σάσσης) s. xix, composuit officium sanctae Cassiae, Alexandriae, a. 1889 editum.

**GEORGIUS Scylitza** (Γ. ὁ Σκυλιτζῆς) saec. xii. Protocurpalatae munere



fungitur, Manuele Comneno regnante. Composuit officium pro translatione sacri lapidis supra quem depositum est corpus Jesu (editum a Papadop.-Keram., in *Α. Ι. Σ.*, V, p. 180-189 et 424-426). Auctor est insuper canonum de s. Demetrio et de s. Georgio (a Petride editorum in *V. V.*, t. X. *Deux canons inédits de Georges Skylitzès*, p. 471-494).

**SUBSIDIA.** De Georgii Scylitzae vita et operibus optime disseruit Petrides in opere modo citato.

**GEORGIUS Siceliotus** (Γ. ὁ Σικελιώτης). Auctor est idiomelorum in s. Jacobum martyrem in Perside, Πιστῶς ἀθροισθέντες, in t. IV pl. ad diem XXVII nov. et in s. Demetrium, Εὐφραίνου, in t. I, ad diem XXVIII oct. In idiomelo ad s. Demetrium sermo est de clade Sarracenis allata, unde patet hoc idem carmen ante occupationem Siciliae esse compositum. Saec. VIII assignat hunc Georgium Lancia di Brolo, in suo opere *Storia della Chiesa in Sicilia*, Panorm., 1884, II, p. 327. In veteribus autem Menaeis editis, loco vocis Σικελιώτου in recentioribus adhibitae legitur vox Συγγέλου (= συγγέλου).

**GEORGIUS Sybrandus** (Γ. Σύβρανδρος), Zacynthius diaconus, auctor officii s. Dionysii Aeginensis Venet. anno 1790 editi (Cf. Bretos, *N. Φ.*, I, p. 115).

**GEORGIUS Syracusanus** (episcopus a. 668 et a Sarracenis occisus a. 669. Auctor est tropariorum olim in solemnitatibus Natalis et Epiphaniae adhibitorum, prout legebatur in veteri catalogo syracusanorum episcoporum a Christophoro Escobaro ejusdem ecclesiae canonico edito. Cf. Lancia di Brolo, *Storia della Chiesa in Sicilia*, II, p. 35, 324. Ab illo autem Georgio abjudicantur: canon in Epiphaniam Domini (incip. Σπολιζεται, cum acrostichide Γεωργίου in theotokiis; citatur hic canon ab Allatio, *De Georgiis*, Fabricius, *B. G.*, X, p. 656), quippe cum canonum genus Georgium Syracusanum aetate consecutum fuerit, et kontakium in Praesentat. B. M. V., opus Georgii Nicomediensis. Errat ergo G. Papadopoulos, dum hunc Georgium cum Georgio Siceliotae confundit, *Σ. Μ.*, p. 147.

**GEORGIUS Trapezuntius** (Γ. ὁ Τραπεζούντιος). Auctor est officii s. Charalampi (a. 1694 editi, juxta Legend, *B. H.*, xvii s. III, 37; a. 1748, prima edit. juxta Zaviras, *N. Ε.*, p. 230; a. 1770, tertia edit. juxta Lampros, *C. A.*, II, 234; a. 1785 et 1793, alia edit. juxta Bretos, *N. Φ.*, I, 110). Anceps quaerit Zaviras, *op. cit.*, p. 52, utrumne officium illud opus sit clarissimi Georgii Trapezuntii, saec. xv, an potius cognominis Georgii Trapezuntii, s. xviii, de quo ipse Zaviras, *op. cit.*, p. 230.

**GEORGIUS** *Velimas* (Γ. Βελιμαῖς), auctor officii Joannis eremite, Venetiis, a. 1782 et 1787 editi. Cf. Bretos, Ν. Φ., I, 113.

**GERASIMUS** *Alexandrinus* patriarcha (Γεράσιμος Ἀλεξανδρείας), 1623-1643. Auctor est idiomel.: Ἡ σοφία, in t. I, et Δεῦτε, in t. pl. II, in festo ss. Athanasii et Cyrilli. Cf. Sathas, Μεσ. Βιβλ., III, p. 481; Zaviras, Ν. Ε., p. 225-227; G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 302.

**GERASIMUS** *Cretensis*, auctor tropariorum in Virginem Deiparam, Sinaitico monasterio dicorum (Cf. Papadop.-Keram., I. B., II, p. 465, ubi dicitur eum olim ecclesiae Castoriensi praefuisse). Forsitam non est distinguendus a Gerasimo Vlacho, cretensi, ecclesiae Philadelphiensis metropolita, de quo sermo est in Legrand, *B. H. du xvii<sup>e</sup> s.*, t. II, p. 137, 148, 422, etc. Cf. etiam Sathas, Μεσ. Βιβλ., III, p. 486.

**GERASIMUS** *monachus*, auctor canonis in s. Georgium, inc. Ἀναστάσεως ἡμέρα, Lampros, *C. A.*, I, p. 13.

**GERASIMUS** *monachus*, auctor canonis in s. Deiparam τῆς Πορταΐτισσας, Lampros, *C. A.*, II, 167, 218.

**GERASIMUS** ὁ Χριστοφόρος ὁ Μυριανθεύς, Cyprius, hieromonachus, s. xvii, auctor officii s. Joannis

Lampadistae (Cf. Legrand, *B. H. du xvii<sup>e</sup> s.*, II, p. 199.)

**GERASIMUS** *Vlachus* (Γ. ὁ Βλάχος), cf. art. *Gerasimus Cretensis*.

**GERMANUS** (Γερμανός), Constantinopolitanus patriarcha (715-729). Nobili loco natus, primum Cyzici episcopus, deinde Constantinopolitanus patriarcha creatus est. Acerimus imaginum Christi et sanctorum vindex fuit, ut qui ab imperatore Leone Isaurico dire vexatus et e sede patriarchali dejectus est. Celebratur ejus memoria die XII maii, sermoque est in synaxario ejusdem diei de melodiis et carminibus, ad mitigandam vigiliarum asperitatem, ab eo compositis.

FONTES. Vita Germani in Papadop.-Keram. Μαυρογορδ. Βιβλ., t. II. Ἀνέκδοτα ἑλληνικά (Constantinop. 1884), p. 1-17. De variis aliis fontibus, cf. F. Cayré, *Dictionnaire de théologie cathol.*, s. v.

Juxta Pitra (*Juris eccles. Graec. hist. et monum.*, II, p. 296), varia Germani « stichera numero sunt quatuor et centum, canones duo et viginti quibus centum et sexaginta odae ad minus continentur. » At tantum abest ut his numeris comprehendantur cuncta Germani carmina, ut eorum magna pars aut adhuc inedita exstet aut cognominum forte auctorum opus sit et fetus.

Germano nostro haec in Menaeis attribuuntur *idiomela* :

Ἡγάπησις, in t. II; Θεία χάρις in t. II pl.; Ὅτε τῷ πάθει in t. II; Ὁ ἀπόρηττω, in t. IV, pl. ad diem I sept.

Ἡ παγκόσμιος, in t. IV, in proheort. Nativit. B. M. V., ad diem VII sept. et in festo ejusdem Nativit. ad diem VIII sept.

Τὴν στρατοπεδαρχίαν, in t. IV, pl. in s. Eustathium, ad diem XX sept.

Τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, in t. II (Γερμανοῦ, alii vero Βυζαντίου); Ποταμοί, in t. IV, ad s. Joannem Evangel., die XXVI sept. et die VIII maii.

Ἐν ἱερεῦσι, in t. IV, pl. in festo s. Dionysii Areopag. ad diem III oct.

Δαυϊτικῶς, in t. I, in festo ss. Sergii et Bacchi, ad diem VII oct.

Πάντοφρ ἄλιεῦ, in t. II pl. (deest nomen Germani in Menaeis) doxast. Vesper., in festo s. Lucae, ad diem XVIII oct.

Μαθηταί, in t. I, in festo ss. Marciani et Martyrii, ad diem XXV oct.

Εἰς τὰ ὑπερκόσμια, in t. II, in festo s. Demetrii, ad diem XXVI oct. (ed. in Christ et Paranikas, *A. G.*, p. 99).

Μεγάλων, in t. II; Ἀγάλλεται, in t. II, in festo ss. Cosmae et Damiani martyr., ad diem I nov. et ad diem I jul.

Ἀρχιερατικῆν, in t. I, in festo s. Pauli Constantinopol., ad diem VI nov.

Ἐπρεπε, in t. IV ad Λιτὴν (process.), in festo s. Joannis Chrysost., ad diem XIII nov.

Τὸν συναίμονα, in t. III ad Λιτὴν (process.), in festo s. Andreae apost., ad diem XXX nov.

Τὸ ἀπόρητον, in t. I, in festo conceptionis, ad diem IX dec.

Τῶν προπατόρων, in t. III et Δεῦτε ἅπαντες in t. III pl. in festo ss. Patrum (ad diem XI dec.).

Ἱεραρχῶν, in t. II, in festo s. Spiridonis, ad diem XIII dec.

Ῥητορικοῖς et Τὸν ἐν τῇ θεῖα σοφίᾳ, in t. III, in festo ss. Eustratii et soc. ejus, ad diem XIII dec.

Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα, in t. II, (edit. in Christ et Paran. *A. G.*, p. 98); Χορεύουσιν, in t. II pl.; Μέγα καὶ παράδοξον, in t. II; Σήμερον τίεται, in t. III; Ὅτε καιρὸς, in t. II pl. (ed. in Christ et Paran. *A. G.*, p. 98), in Natali Domini, die XXV dec.

Χριστὸν, in t. III, in s. Basilium, ad diem I januarii.

Φῶς ἐκ φωτός, in t. I, ad laudes Epiphaniae Domini, die VI jan.

Ἡ μεγάλη, in t. III; Τὸ μέγα κλέος, in t. III ad Λιτὴν, in festo ss. Athanasii et Cyrilli, die XVIII jan.

Εὐθυμεῖτε, in t. III in s. Euthymium, ad diem XX jan.

Πάτερ Χρυσόστομε, in t. IV in s. Joannem Chrysost. ad diem XXVII jan.

Σαλπίζομεν ἐν σάλπιγγι, in t. I pl., in festo trium Hierarch., ad diem XXX jan. (Cf. Pitra, *Juris ecclesiast. Graec.* II, p. 300, et *P. G.* t. XCVIII, 453-454).

Λέγε Συμεών, in t. I; Σήμερον Συμεών, in t. II; Τὸν ἱερόν (Γερμανοῦ, alii vero Ἰωάννου Μοναχοῦ) et Ὁ κτίστης, in t. II; Ὁ παλαιός, in t. I pl. (Γερμανοῦ, alii vero Ἀνατολίου);

Ὁ ἐν χερσὶ, in t. II pl. in Hypapante Domini, die II febr.

Χριστοῦ τὸν ἱεραρχήν, in t. II pl.; Ἡ μεγάλη, in t. III; Πάλιν ἡμῶν, in t. III, in s. Athanasium, die II maii.

Εἰς ὄρος, in t. II, in s. Symeonem Thaumastor., die XXIV maii.

Πέτρε, in t. II, in festo ss. Apostol. Petri et Pauli, die XXIX junii.

Νεανικήν, in t. III, in festo s. Procopii, mart. die VIII julii.

Τὸν γενναῖον, in t. I, in festo ss. Quirici et Julittae, die XV julii.

Ἠλίας, in t. I; Πνευματικὸς ἕσμασι, in t. I, in festo s. Eliae, die XX julii.

Ἡ παραφάης, in t. I pl. in festo s. Panteleimonis mart., die XXVII julii.

Δεῦτε ἅπαντα, in t. III, in festo Dormitionis B. M. V., die XV augusti.

Τὶ σε καλέσωμεν, in t. I ad Ἀντίον (process.) Decollat. s. Joannis Bapt. die XXIX aug.

Μεσοπένης, in t. III, fer. IV Mesopentecost. (in Pentecostario, p. 190).

De *canonibus* vero qui Germano in Menaeis adscribuntur, die II sept. in s. Joannem Jejun.; die XIII sept. in s. Crucem; die XVII jun. in s. Isaurum, Basilium, etc.; die XVI aug., in s. Imaginem Christi, recte scribit Christ., *A. G.*, p. XLIII: « ab recentiore aliquo poeta cognomine compositos eos esse judico, quandoquidem alienis hirmis utuntur, id quod et recentioris aetatis et tenuioris ingenii est. »

Notaveris etiam in *C. C.* (Rocchi, p. 291, 301, 302), canones in s. Zenaidem, in ss. Cleonicum et soc. ejus, in s. Pionium, qui Germani nomen prae se ferunt. Adde cum Pitra (*Juris eccl. Graec.* II, 296) ad fidem plurium codicum: εὐργίας majorum horarum in natalium vigiliis; officium integrum γονοκλησίας in pentecostali cursu; flebilia quaedam troparia in obitu monachorum. Quae quidem nulla datur causa cur referantur potius ad Germanum II (cf. art. seq.) aut quemdam recentiorem, cum codices in quibus asservantur saeculo XIII antiquiores sint.

Exstat inter codices Athonis, canon Germani patriarchae de Hypapante (Lampros, *C. A.* II, 376). Citantur etiam alii ejusdem patriarchae canones (*Ibid.*, 275, 355), sed cuinam Germano adscribendi sint, non satis apparet.

Theotokium Germani, quod incipit Σαλπίζομεν ἐν σάλπιγγι (Men. ad diem XXX jan.) pulcherrime a Pitra comparatur cum idiomelo Nili Xanthopuli (Men., ad eandem diem), praemissis de rhythmicis legibus haud levismomenti annotationibus: « Sane nulla menaeorum est editio quae eadem haec non contineat, sed rupta et dissipata omnium στίχων eurhythmia. E choro Bollandiano unusqui haud levi avena tum graece, tum latine eadem meditatus est Ryaeus, aut maximopere fallor, aut nullum ibi rhythmum omnino sensit. Latere aliquid subodoratus nuper, vir emunctae naribus Adalbertus Daniel, alia chorda oberravit, dum

hymnologicum thesaurum suum hisce auget, ex arbitrio in unum et viginti cola divisit et disruptis. Haec vero si aliter quam odore et sapore dijudicantur, agedum, qua norma et ratione justa ac certa uteris, aliquis a me quaeret? Fateor aquam haerere mihi, quoties ab initio hirmus non praefulget, ex quo statim rhythmus emicat. Tunc vero similia troparia quaerenda sunt, et quando hinc et inde iidem στίχοι, iisdem conflati syllabis, singuli ad singulos constanti lege sibi respiciunt, coecus ac surdus erit qui rhythmici conditionem non agnovit. Ecce ad latus Germani assurgit, post quinque saecula, Nilus Xanthopulus, qui officium de tribus hierarchis, Basilio, Nazianzeno et Chrysostomo, hujusmodi idiomelis ornavit. Is certe singulos Germani versus digitis numeravit, prae oculis habuit, tamque apte pedem pedi apposuit, ut non semel integros στίχους traxerit secum, ne una quidem mutata syllaba; quin a prima quidem versu Germani tibias inflavit: Σαλπίζομεν ἐν σάλπιγγι ἁσμάτων. » (*Juris Ecclesiastici Graecorum*, II, 300.)

**GERMANUS** II junior Constantinopolitanus patriarcha (1222-1240). Latinis Urbem occupantibus, Nicaeae patriarchali dignitate auctus est. Auctor est canonis in septem concilia oecumenica apud Athonitas celeberrimi (in *Menaeis*. ad diem XI oct., p. 58). Cf. G. Papadop. Σ. Μ., p. 269 De vita et scriptis Germani cf. F. Cayré, *Dict. de théol. cath.*, s. v.

**GERMANUS** *Cryptoferratensis*, monachus a Sciommari inter hymnographos computatur (*Note ed osservazioni*, p. 120).

**GERMANUS** monachus, auctor canonis in s. Athanasium, cum acrostichide Ἀνῶ σε ἀθανασίας ἐπώνυμε, in cod. XIII s. Cf. Lampros, *C. A.* I, 43.

**GERMANUS** Νέων Πατρῶν metropolitā. Floruit c. 1670. Inter variā ejus carmina, notatu dignior est pulcherrimus hymnus epitaphius Τὸν ἴλιον κρύψαντα. Cf. G. Papad. Σ. Μ., p. 303.

**GREGORIUS** (Γρηγόριος), auctor canonis in s. Isaurum, ad diem XVII jun. cum acrostichide Ἰσα[υρε μ.] ἄρτος εὐμενῆς φάνηθι μοι Γρηγορίου.

**GREGORIUS** *Bulgarus* (Γ. Βουλγαρίας), auctor officii in septimum oecumenicum concilium (Lampros, *C. A.*, II, 230, cod. xv s.).

**GREGORIUS** *Corinthius*, metropolitā, s. XII-XIII, *Pardus* cognomine, composuit commentarium in canones festor. Domini, B. M. Virginis, etc. (cod. Vindob. theol. 128, Nessel, fol. 1-134). Cf. etiam Walz, *Rhetores graeci* VII, 2 (1834) 1122.

**GREGORIUS** *Dyrrachiensis* (Γ. ὁ Δυρραχίου) c. 1761, auctor est officiorum ss. Cyrilli, Clementis, Me-

thodii et Nahum, et canonis paracletici in s. Nahum. (Cf. Zaviras, N. E., p. 236.)

**GREGORIUS** *Hagiopaulites* (Γ. Ἀγιοπαυλίτης), archimandrita, a. 1776 edidit Venetiis hymnologium in quo continentur officium paracleticum in s. Crucem, et 24 οἴκοι πρὸς τὴν νοητὴν σκάλαν. Cf. Zaviras, N. E., p. 212.

**GREGORIUS** *Malaxus* (Γ. Μαλαξός) floruit s. xvi. E Nauplia oriundus et Nicolao Malaxo sanguine junctus, auctor est canonis in ss. Trinitatem (Cf. Sathas, N. Φ., p. 186).

**GREGORIUS** *Moldavus* (Γ. Μολδαβίας), s. xviii, auctor plurium tropariorum quorum textus exstat in uno codice apud Patres Augustinianos ab Assumptione, Constantino-poli, loci vulgo dicti Koum-Kapou, asservato.

**GREGORIUS** *Palamas* (Γ. Παλαμάς), Constantinopoli natus a. 1296, Thessalonicensi ecclesiae praefuit (1347-1360). Celebrem hunc virum annumerat G. Papad., Σ. Μ., p. 272, byzantinis carminum scriptoribus, qua quidem de causa, nescio.

**GREGORIUS** *Piacentini* Cryptoferratensis hieromonachus, s. xviii, graecis litteris maxime peritus, auctor celebris *Diatribae de sepulchro Benedicti IX*. Hymnographi laudem assequutus est propter pulcherrimum canonem quem in

Sacrosancta Christi Domini mysteria composuit (cf. Rocchi, C. C., p. 407 et *De Coenobio Cryptoferr.*, p. 167, 174, 179, 264).

**GREGORIUS** *Sinaiticus* (Γ. ὁ Σιναίτης), † 1310, monachus, auctor tropariorum ad ss. Trinitatem et canonum in s. Crucem, in s. Patres, et in Christum Dominum (cf. G. Papod., Σ. Μ., p. 268).

**GREGORIUS** *Syracusanus* s. vii? Auctor est kontakii in s. Marcianum (cf. Lancia di Brolo, *Storia della Chiesa in Sicilia*, I, p. 45; II, p. 326; et Pitra, A. S., I, 273-274). Hunc Gregorium suspicatur Pitra eundem esse ac Georgium Syracusanum, sententiamque oppugnat Nicolai Comneni Papadopuli Gregorium Georgii fratrem fuisse asserentis (*op. cit.*, p. 273, 275).

**HIEROTHEUS** (Ἱεροθέος), hieromonachus, s. xiii, auctor sticherorum dogmaticorum in t. III, de processione Spiritus Sancti contra Latinos; canonis dogmatici in t. IV pl. cum eodem argumento, acrostichidem ferentis: πίστις ἀπίστοις μαρτυροῦσα Λατίνοις πνευματορρητόρευτος Ἱεροθέου; canonis ad Christum Dominum (cf. Papadop.-Keram. I. B., II, p. 202, 548). Hierotheo assignatur etiam canon ἐξομολογητικός in C. A., Lampros, I, p. 433. Illum Papadop.-Keram, *op. cit.*, p. 202, eundem esse putat atque Hierotheum hieromonachum, qui

tempore Joannis Vecci vixit et de quo loquitur A. Demetracopoulos, Ὁρθόδοξος Ἑλλάς, p. 53-57.

**HIEROTHEUS** *Aetolus* (Ἰ. Αἰτωλός) s. xviii, archimandrita et higumenus monasterii τοῦ Δουσίκου, in Agraphis. Officium Bessarionis a Pachomio Rusano compositum emendavit, addito canone paracletico in eundem Bessarionem. Cf. Sathas, N. Φ., p. 617.

**HILARION** (Ἰλαρίων) auctor est 14 οἴκοι νεκρώσιμοι cum acrostichide Ἰλαρίωνος τὰ ὅλα (Cf. Papadop.-Keram. I. B., II, 416, cod. xv s.)

**IACOBUS** *Hagiorita* (Ἰάκωβος Ἀγιορείτης) qui et διδάσκαλος, s. xviii? Composuit officia et troparia. Juxta Lampros, C. A., II, 329, distinguendus est ab Iacobo jun. hieromonacho ἐν τῇ σκίτῃ τοῦ Προδρόμου. Cf. *ibid.*, II, 347, 348, 351, 353, 356, 419, 422, 444, et Papad.-Keram. I. B., II, 566, 577.

**IACOBUS** monachus ἐκ τῆς νέας σκίτης. Cf. Lampros, C. A., II, 467.

**IACOBUS** *Protopsaltes* (Ἰ. Προτοψάλτης) n. circa 1740 in Peloponneso. Optimus melurgus, carmina etiam composuit, inter quae notandum potissimum est officium s. Euphemiae, m., ad diem XI jul.

**IACOBUS** *Serrensis* (Ἰ. Σερρών), auctor canonis compunctorii, cf. Papad.-Keram. I. B., II, 155.

**ICASIA**. Cf. art. *Cassia*.

**IGNATIUS** (Ἰγνάτιος), hieromonachus, archimandrita monasterii s. Demetrii prope Vatopedium siti (saec. ?), ποιητῆς τῶν ἐγκωμίων ἀμώμου τοῦ Μεγάλου Σαββάτου, uti legitur in cod. s. Panteleimonis, 281, III p., p. 20.

**IGNATIUS**, *patriarcha* Constantinopolitanus († 878), nobilissimo loco natus, ut qui Michaelem imperatorem et Procopiam augustam parentes habuit. Sacrarum imaginum strenuus propugnator, dignitate patriarchali, defuncto s. Methodio, auctus est. Anno 858, cum ab imperatore expulsus fuisset, in ejus loco Photius substitutus est. Ad suos tamen, favente Romano Pontifice, iterum reversus, constantiae et fortitudinis praeclara prae-buit exempla. Recolitur ejus memoria die XXIII octobris.

FONTES. Vita a Niceta Paphlagone, Mansi, XVI, 209-292; P. G., CV, 488-574. Laudat. a Michaele fragmentum, Mansi, l. c., 292-294. Cf. *Acta SS.* oct. t. X; *Dict. de théol. cath.* Vacant-Mangenot, s. v.

Ipsi adscribuntur canones : ad s. Nicephorum, in t. II, die XIII mart.; ad s. Jacobum Confessorem, in t. II, die XXI mart., ad s. Georgium Mitylen. in t. IV pl. die VII apr.; ad s. Lucilianum, in t. IV pl., die III jun.; ad s. Theodoram Alexandr. in t. IV, die XI sept.; ad s. Joannem Climac., in t. IV

pl. (in Triodio, p. 425); ad s. Tattianam, in t. II, die XII jan.; ad s. Hilarionem, in t. IV pl., die VI jun. (anonym. in Men., Ignatii opus tamen est, teste Papadop.-Keram. I. B., II, 120); ad s. Metrophanem Constantinopolitanum (Papadop.-Keram. *op. cit.*, II, p. 131); ad B. M. Virginem in 8 ton. (unus ex his octo canonibus reperitur in Theotocario Nicod, Venet. 1898, p. 57); stichera ad s. Georgium Mityl. (G. Papadop. Σ. Μ., p. 246).

**IEREMIAS** *Cretensis* (Ἱερεμίας ὁ Κρήτης), Sinaita, s. XVIII, auctor officii s. Catharinae, Venetiis, a. 1768 editae. Zaviras N. E., p. 347.

**IOACHIM** *Parus* (Ἰωακείμ ὁ Παριώτης), hieromonachus, s. XVIII, composuit officium Antonii neomart. Zaviras, N. E., p. 374.

**IOANNES** (Ἰωάννης) monachus, cum s. Auxentio amicitia junctus. Cf. art. *Auxentius* et art. *Anthimus*.

**IOANNES** *Antiocheus* (Ἰ. Ἀντιοχείης), citatur in hirmologio XI aut XII s. Cf. Papadop.-Keram. I. B. II, 157.

**IOANNES** *Arcla*. Cf. art. *Ioannes Damascenus*.

**IOANNES** *Caesar*, citatur in cod. XV s. Laurae ad Athonem, ut auctor canonis iambici ad s. Basilium, cum acrostichide: *Καίσαρος ἡγαθέου*

*Βασιλεία, δέγγοιο ἀουδόν.* Cf. *Revue des Etudes grecques*, IX (1896), p. 35.

**IOANNES** *Caryophyllis* (Ἰ. ὁ Καρυοφυλλίτης), s. XVII, auctor canonum ad neomart. Symeonem Trapez. (Zaviras, N. E., p. 364) et ad neomart. Nicolaum (*Ibid.*, p. 365).

**IOANNES** *Cophus* (Ἰ. ὁ Κωφός), s. XVIII, Tirnavi in Thessalia natus, presbyter et oconomus, composuit troparia in honorem quorundam sanctorum. Zaviras, N. E., 369.

**IOANNES** *Cryptoferratensis* seu *Rossanensis*. Rossani natus est anno 1181 (die XVI oct. feria sexta), e gente Panaretarum nobilissima. Multa composuit, plura excrispsit. Speciali dignus est mentione, ejus in s. Bartholomaeum canon, acrostichidem prae se ferens, *Βαρθολομαίω πατρὶ τῷ πανολβίῳ Φερότης κρυφίας Ἰωάννης Ρουσιῶν ἔδω:* datur in codice B. β. III (Rocchi C. C., p. 140), ab ipso Joanne exarato et hac epigraphe ornato:

*Ἰωάννης ἔγραψεν ὄν ἐκ Ρουσιῶν,  
Πόλις τεκοῦσα τοὺς φαεινοὺς ἀστέρους  
Ναυλῶνα, τὸν ἐντιμὸν Βαρθολομαῖον.  
Ὡς περ προσευχῆν σόζει κόσμον, παρθένε.*

De Ioannis vita et operibus cf. Rocchi, *De Coenobio Cryptoferratensi*, p. 39, 248, 263.

**IOANNES DAMASCENUS** (Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός) qui et Mansur († 749). Nobili loco Damasci natus, una cum Cosma melodo, sub Cosmae



Siculi disciplina instituitur. In aula Saracenorum principis, loco patris defuncti, dignitate protosymbuli auctus, Leoni Isaurico adversus venerandas imagines debacchanti obsistit, apologeticas scribendo orationes. Fertur, jussu Saraceni califae quem dolosis artibus Leo imperator eluserat, amputatam esse dexteram Joanni manum eamque Dei Genitricis ope sancto viro mox fuisse restitutam. Petiit Hierosolymam Damascenus et in coetum celeberrimae tunc laurae Sancti Sabae receptus est, quo in coenobio sacerdotali dignitate ornatus, usque ad finem vitae permansit. Mortuus est die IV decembris anni 749. Sanctitatis et doctrinae fama nulli Byzantinorum scriptorum secundus videtur Joannes, cui cetera eam tribuere auctores antiqui fandi copiam ut Chrysorrhoom illum vocaverint. Ejus memoriam celebrant Graeci die XXIX nov. et die IV dec., Latini vero die VI maii et die XXVII martii.

FONTES. 1) *Vita S. P. N. Joannis Damasceni*, a Joanne patriarcha Hierosolymitano conscripta *P. G.*, XCIV, 430-490. (Cf. Bouvy *Anacréontiques toniques dans la vie de saint Jean Damascène*, in *B. Z.*, II [1893] 110-111.) — Exstitisse primum Acta Joannis arabice scripta, testatur idem Hierosolym. patriarcha, *P. G.*, XCIV, 433 B. 2) *Vita s. Stephani Sabaitae Thaumaturgi monachi (sancti Joannis Damasceni nepotis)*, auctore Leontio sancti Stephani discipulo in *A. SS.*, jul. III,

504-584. (Cf. Siméon Vailhé, *Date de la mort de saint Jean Damascène*, in *E. O.*, IX [1906] 28 s.) 3) *Sapientissimi Domni Constantini Logothetae Acropolitae sermo in sanctum Joannem Damascenum*, *P. G.*, CXL 814-886. — Cf. Cosmas Melodus.

Poeta solum apud nos audit Joannes Damascenus; qualis vero poeta fuerit norunt quicumque libros Graecorum liturgicos versare curant. « Ut veteres Graeci Pindarum et Aeschylum a Baccho, quo divinum eorum furorem significarent, ad carmina scribenda compulsos esse fabulabantur, sic Mariam virginem antistiti coenobii Sabaitici in somniis suadere visam esse narrant, ut juvenem Joannem suam musam laudi Christi consecrare juberet. Ejus admonitionibus obsecutus favore populi et ipsis turbis ecclesiae non mediocriter adjutus est. » Haec Christ et Parinikas (*A. G.*, XLV). Quantum ipsius Joannis placuerint odarum modi, ex eo imprimis patet quod recentiores poetae iisdem creberime usi sunt. Memoratu deinde dignum est quod Octoechi (Ὀκτώηχος), quo nullus canticorum liber apud Byzantinos magis est pervulgatus, Joannes auctor esse creditur. Verius tamen dixeris Damascenum non composuisse sed reformasse Octoechum, quippe cum hic liber saeculo octavo certo anterior sit. Silendum tandem non est, Joannem solum esse inter Me-

lodos, qui in scribendis canticis liturgicis, ad metricas remearit leges.

EDITIONES: Hymnos et canones ed. Migne, *P. G.*, XCVI, 818-856, 1363-1408 (ex edit. Lequiniana sumuntur carmina p. 818-856; ex Ang. Maii *Spicileg. Rom.* IX, p. XXI, 713, s. Joannis Monachi nomine inscripti, sex hymni p. 1370-1408 [erravit magnopere Maius, hunc Joannem Monachum a Damasceno non diversum fuisse putando]) — Christ et Paranikas, *A. G.*, p. 117-121 (Dantur tria stichera anastasima et tria idiom. [desunt in Migne]); p. 205-236. (Dantur tres canones iambici in Christi Nativitatem, in Theophaniam, in Pentecosten; sequuntur canones in Dominicam Paschae, in Dominicam Antipaschae [deest in Migne], in Ascensionem Christi, in Dormitionem Deiparae, canon Anastasim. Octoechi [deest in Migne]. — L. Pertsch, *Blätter für Hymnologie*, Goth. 1889 (N. 2-4). — *Joannis Damasceni canones iambici* cum commentario et indice verborum ex schedis Augusti Nauck editi (Mélanges gréco-romains tirés du *Bulletin de l'Académ. impér. des sciences de St-Pétersbourg*, t. VI [1894] 199-224).

SUBSIDIA. K. N. Sathas, *Ἱστορικὸν δοκίμιον περὶ τοῦ θεάτρου καὶ τῆς μουσικῆς τῶν Βυζαντινῶν*, Venet. 1878, σελ. ρνθ', ρξς'. — G. J. Papadopoulos, *S. M.*, p. 154-230. — De Oratione versibus anacreonticis, Damasceno falso adscripta, disser. Fr. Hanssen, *Philologus*, Supplementb. V (1889) 210. — De Anacreonticis vitae Damasceni inser-

tis, cf. E. Bouvy, *op. cit.* — A. Heisenberg, ed. Nicephori Blemmyd. (Biblioth. Teubneriana, 1896), Prolegom. p. xcviij s. — Krumbacher, *G. B. L.*, p. 674 s.

Inter carmina quae in libris liturgicis Damasceno proprie assignantur, juvat notare:

Die I jan., in festo s. Basilii Magni, canon *Σοῦ τὴν φωνὴν* in II tono.

Die VI jan., in Epiphania Domini, canon iambicus in II tono, *Στίθει θαλάσσης*.

Die XV januar., in festo s. Pauli eremitae, canon in tono IV plagio, *Παῦλον τὸν Θεοφόρον*.

Die XVIII jan., canon in IV tono, *Θεόθεν, τὴν φωτοδότιν*, in honorem s. Cyrilli Alexandrini.

Die XX januar., in festo s. Euthymi, canon in tono IV, *Ὁὐκ ἔστι σοι ὄμιος*.

Die XXI januar., in festo s. Maximi Confessoris, canon in tono IV plagio, *Ὅλην μοι*.

Die XII maii, in festo s. Epiphanii, canon in tono I, *Ἐν τῷ τοῦ θεράποντος*.

Die XXIV jun., in festo s. Joannis Baptistae, canon in tono IV, *Τριστάτας κραταίους*.

Die VI aug., in festo Transfigurationis, canon in tono IV plagio *Μωσῆς ἐν θαλάσση*.

Die XV aug., in festo Dormitionis B. Virginis, canon in tono IV *Παρθένοι νεανίδες*.

Die XXIII sept., in Concept. s. Joannis Baptistae praecursoris,

canon in tono plag. Τῆς στει-  
ρευούσης.

Die I nov., in festo ss. Cosmae  
et Damiani, canon in tono I, Ὑπὸ  
τῆς χάριτος.

Feria sexta I Hebdom. in Triod.,  
Canon in s. Theodorum, in tono  
IV plag. Θεοῦ σε, Θεόδωρε.

Canon in Dominicam Paschae in  
tono I, Ἀναστάσεως, ἡμέρα.

Feria VI post Ἄσωτον, Necrosi-  
ma in tono II, plag. Ἀρχὴ μου καὶ  
ὑπόστασις.

Sabbato ante Ἀπόκρῳ Necrosi-  
mon, in tono II plag., Ἄλγος τῷ  
Ἄδὰμ. — Etc.

*In codicum catalogis* notanda  
sunt : stichera Damasceni cum  
acrostichide alphabetica et acros-  
tichide Ἰωάννου Ἀρχῆν, in I. B.,  
II, 331; canones encomiastici ad  
Deiparam Virg., *Ibid.* 465 (cf.  
Μαυρογορδ. Βιβλιοθ. 82 [cod. Leim.  
95]); canones octo paracletici ad  
Deiparam Virg. Lampros, *C. A.*,  
II, p. 164, 376; canon iambicus  
ad Deiparam, *Ibid.*, p. 223; canon  
ad omnes sanctos, *Ibid.*, p. 366.

Exstat etiam sub nomine Joannis  
Damasceni epistola ad Jordanem  
archimandritam *de Hymno trisagio.*  
(*P. G.* XCV, 21-62.)

Non absurde notaverunt Christ  
et Paranikas (*A. G.* XLVII) magnas  
turbas in genuinis carminibus Joan-  
nis Damasceni segregandis movisse  
cognomines Joannes, inter quos  
saepius occurrunt :

1° IOANNES MONACHUS (Ἰωάννης  
Μοναχός), raro quidem a Damasceno

distinguendus, quippe cum Damas-  
cenus coenobii S. Sabae per maxi-  
mam vitae partem sodalis fuerit,  
et ipsius Joannis Monachi nomen  
Cosmae monachi nomini saepe jun-  
gatur. Joanni Monacho, haec, inter  
multa, adscribuntur carmina :

Hymni sex ab Ang. Maio editi  
in *Spic. Rom.* IX p. XXI, 713 s.  
(*P. G.*, XCVI, 1370-1408), quos  
Christ et Paranikas, *l. c.*, a Damas-  
ceni genuinis scriptis segregant.

Die I jan., in festo s. Basilii Magni,  
ad Vesper. idiom. in t. II, Τῶν  
ὄντων ἐκμελετήσας.

Die II jan., in προεορτία τῶν Φώ-  
των, ad Vesper. idiom. in tono I,  
Λαμπρὰ μὲν.

Die III jan., ad Vesper. doxastic.  
in tono IV, Ὡ τοῦ παραδόξου.

Die VI jan., in Epiph. Domini, ad  
Vesper. idiom. in tono II, Τὸν φωτι-  
σμὸν ἡμῶν.

Eadem die, ad process. idiom.  
in tono IV plag., Κύριε πληρῶσαι.

Die X januar., in festo s. Gregorii  
Nyss., canon in tono I plagio,  
Ἄβυσσος ὢν σοφίας.

Die II februar., in festo Hypapant.  
ad Magnas Vesperas, doxasticon  
in tono II plagio, Ἀνοιγέσθω ἡ πύλη.

Eadem die, ad processionem idio-  
mela in tono I, Σήμερον ὁ πάλας et  
Τὸν ἱερόν (?) atque Ὁ Κτίστης (?).

Die IX februar., in festo s. Nice-  
phori martyris, doxast. in tono II  
plagio : Ἐδείξας πᾶσιν ἐμφανῶς.

Die IX mart., in festo XL Martyr.  
Sebast., ad Vesperas, 3 Idiomela  
in tono II, Φέροντες τὰ παρόντα, κ.τ.λ.

Eadem die, eodemque in festo, canon in tono II, Θεοστυφεῖ φάλαγγα, et doxastic. in tono I plag. Ἀθλοφόροι Χριστοῦ.

Die XXV mart., in festo Annuntiationis, ad Vesperas, doxast. in tono II plag. Ἀπεστάλη, ἐξ οὐρανοῦ Γαβριήλ; canon in tono IV, Ἀδέτω σοι; idiomelum (post liturgiam hujus diei) in tono IV plagio, Εὐφρανέσθωσαν οἱ οὐρανοί.

Die XXIII apr., in festo s. Georgii, ad processionem, doxastic. in tono II, Νευέτω δίκαια.

Die VI maii, in festo sancti Job, canon in tono IV, Τὸν καρτερικὸν (?).

Die VII maii, canon in tono IV ad Sanctam Crucem, Ἐφρανας ἐπιγῆς.

Die IX maii, in festo s. Christophori, ad Vesperas, doxast. in tono IV, Κογγύλη αἵματος.

Die XXIV maii, in festo s. Symeonis Thaumastoritae, canon in tono IV plagio Θεολογίας ἀληθοῦς.

Die XIV jun., in festo s. Elisei Prophet., canon in tono plagio IV, Χαίροις ὦ Ἐλισσαίε.

Die XVIII jun. in festo s. Leontii, canon in tono IV Νόμοις ἐγκομίον.

Die XXI jun., in festo s. Juliani Tars., canon in tono IV plagio, Ἱεροῖς εὐφημείσθω.

Die XXIV jun., in festo s. Joann. Baptistae, ad Magn. Vesper., idiom. in tono I Ἀύει τοῦ Ζαχαρίου.

Die XXIX jun., in festo ss. Apostol. Petri et Pauli, ad Magn. Vesperas, doxastic. Τῷ τριττῷ; ad process. idiomel. Οἱ τῆς ἀνω, in tono

III; duo canones Οὐκ ἔστι σοι in tono IV, Ὁ ὡσπερ ὄντα, in tono quarto plagio; post Laudes idiom. in tono IV, Χριστός σὲ πρῶτον et doxastic. in tono IV plag. Ὑβριστής.

Die X jul., in festo ss. XL Martyrum Nicopolit., canon in tono I plag. Θεοφρόνως πιστοί.

Die XX jul., in festo s. Eliae, ad process., idiomela in tono II Φωστῆρες et Τὸ ἐξῆραν; canon in tono II, Ἄδειν προσηρημένοι.

Die I aug., in festo ss. Macchabaeorum, ad Vesper. doxast. in tono IV plagio, Οἱ ἄγιοι.

Die XII aug., in commemorat. s. Maximi Homologetae, canon in tono plagio Ὅλην μοι (qui die XXI januar. Damasceno adscribitur).

Die XXIX aug., in festo Decollat. s. Joannis Baptistae, ad Vesper. idiom. in tono II plagio, Γενεθλίων τελουμένων; ad process. doxast. in tono I plag. Τῆς ἀνόμου πράξεως; canon in tono IV plagio Τὸν ἀπὸ νηδύος.

Die I sept. (incip. Indictio), ad Vesper. idiomela in tono I Ἐπέστι, ἡ εἴσοδος, in tono II Ὁ ἐν σοφία, in tono I plag. (Καὶ νῦν) Σὺ βασιλεῦ; canon Indictionis in tono I Ἄσωμεν πάντες; canon ad s. Symeonem Stylit. in tono IV plag. Δίδου μοι; post Laudes, idiom. in tono III Προαιώνιε Λόγε. in tono IV Ἡ βασιλεία σου.

Die IV sept., in festo s. Babylae, canon in tono II plag. Τὴν τῶν οὐκείων (?)

Die V sept., in festo s. Zachariae, doxast. in tono IV plag. Ἱερωσύνης.

Die VI sept., in honor. s. Michaelis Archang. ad Vesper. doxast. in tono IV plagio, Ὡς ταξιάρχης.

Die XIII sept., in dedicat. templi Anastaseos, ad Vesper. doxast. in tono II plag. Τὴν μνήμην; canon in tono IV, Ὁ στυλῶ (qui et die IX dec. usurpatur); post Laudes idiomela in tono I Ἐγκαινίζου, in tono IV Ἐγκαινίζεται, in tono III Χριστὲ ὁ θεός.

Die XVI sept., in festo s. Euphemiae canon in tono IV plagio, Ἐλκει πρὸς ὑμνωδίαν; post Laudes, doxasticon in tono plag. II Ἐκ δεξιῶν.

Die XXIV sept., in festo s. Theclae, canon in tono IV plagio Ἦχος γλώττης.

Die XXVI sept., in festo s. Joannis Apost. et Evangel., ad Magn. Vesper. doxastic. 2<sup>um</sup> in tono II plag. Ἀπόστολε Χριστοῦ.

Die XXVIII sept., ad Vesper. festi s. Charitonis, doxast. 1<sup>um</sup> in tono IV Θεοφόρε Χαρίτων; canon in tono IV Θαλάσσης (?) Cf. art. *Ioannes Palaeolaurita*.

Die I oct., in festo s. Ananiae, canon in tono IV plagio Ἀνοίξωμεν στόμα.

Die VIII oct., in festo s. Pelagiae, ad Vesp. doxastic. in tono IV Ὅπου ἐπλεόνασεν.

Die X oct., in festo ss. Eulampii et Eulampiae, ad Vesper. doxast. in tono IV Τῇ φιλαδελφία.

Die XVI oct., in festo s. Longini,

ad Vesper. doxastic. 1<sup>um</sup> in tono II plag. Ἐν τῷ πάθει σου, doxastic. 11<sup>um</sup> in tono II plag. Ἐν τῷ Σταυρῷ.

Die XXII oct., in festo s. Abercii, ad Vesp. doxast. prim. in tono III Ἀρχιερεῦ Ὅσια.

Die XXX oct., in festo ss. Zenobii et Zenobiae sororis ejus, ad Vesper. doxastic. in tono II plagio, Ἀσματικὴν χορείαν.

Die VII nov., in festo 33 Martyrum Melitinensium, canon in tono II Δεῦτε πιστοί.

Die VIII nov., in festo ss. Michaelis, Gabrielis, etc., ad Vesperas, doxasticum apostichorum in tono IV plag. Ὡς ταξιάρχης; canon in tono IV plag. Πάντες ἀνυμνήσωμεν.

Die XXX nov., in festo s. Andreae Apost. canon in tono I Τὴν τεθολομένην.

Die IV dec., in festo s. Barbarae ad Laudes, apostichorum doxastic. in tono II plagio, Ἀθλητικὴν.

Die XIII dec., in festo ss. Martyrum Eustratii, Auxentii, Eugenii, etc., canon in tono IV Βραβέυων; ad Laudes, apostich. idiom. in tono IV Στεφανούσθωσαν.

Die XXV dec., in Nat. Domini, ad process., idiomela in tono I Ὁ οὐρανός, in eodem tono Ὁ οὐρανός... ἠνώθησαν, et, Δόξα ἐν ὑψιστοῖς, in tono I plag. doxast. Μάγοι; ad Aposticha Vesper. doxasticum in tono IV Εὐφράνθητι; canon iambicus in tono I Ἔσωσε λαόν; ad Laudes, in apostich. καὶ νῦν, idiom. in tono II Σήμερον ὁ Χριστός.

(Continuabitur catalogus.)

# Hymnographi Byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur.)

Casimir Emereau

---

**Citer ce document / Cite this document :**

Emereau Casimir. Hymnographi Byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur.). In: Échos d'Orient, tome 23, n°134, 1924. pp. 195-200;

doi : <https://doi.org/10.3406/rebyz.1924.4449>

[https://www.persee.fr/doc/rebyz\\_1146-9447\\_1924\\_num\\_23\\_134\\_4449](https://www.persee.fr/doc/rebyz_1146-9447_1924_num_23_134_4449)

---

Fichier pdf généré le 14/04/2018

# HYMNOGRAPHI BYZANTINI

QUORUM NOMINA

IN LITTERAS DIGESSIT NOTULISQUE ADORNAVIT

C. ÉMEREAU

(*Continuatur.*)

Die XXVI dec., aposticha Vesper. in tono IV plagio.

Die XXVII dec., in festo s. Stephani, canon in tono I plag. Δεῦτε Στέφανον; ad Laudes apost. idiom. duo cum Καὶ γῶν.

Die XXX dec., ad Vesp. doxastic. in tono I plagio Εὐφρανέσθωσαν.

In Triodio Sabbato Lazari, ad Laudes, tetraod. in tono IV plagio, Θεὸς ὢν; ad apost. idiomela Ἀνάστασις in tono I.

Canon Antipasch. in tono I Ἄσωμεν πάντες λαοί; ad Vesper. Antipaschae, doxast. in tono I τῶν θυρῶν κεκλεισμένων.

In Media Pentecoste, ad Vesperas, aposticha in tono I Πεντηκοστῆς ἐφέστῃκεν; feria V sequenti, ad apost. Vesper. doxast. in tono IV plag. Μεσοῦσις τῆς ἑορτῆς.

In Ascensione Domini Canon ton. I plag. Τῷ Σωτῆρι Θεῷ.

In Dominica S. S. Patrum, canon anastasimus in tono II plagio, Ὡς ἐν ἡπείρῳ.

*Inter carmina in codicibus nuper inventa*, notanda sunt quae sequuntur: in Papadop.-Keram I. B. II 99, canon κατ' ἀλφάβητον ad Deiparam; 122, canon in tono I pl. ad s. Elisiaeum proph. (Vide in Menaeis, ad diem XIV jun. notam in canones hujus diei); 132, canon ad s. Lucam τῆς ἀνωτάτης σοφίας, auctore Ioanne Monacho (in Menaeis, ad diem XVIII oct., auctore Theophane); 371, canonis diei XXV mart. Ioanni Monacho adscripti octava oda eidem auctori assignanda sola

est, ceterae Theophani; *ibid.* ad diem I apr., canon ad s. Mariam Aegyptiacam, Ἐκ τῆς Αἰγύπτου; 547, canones ad Deiparam quorum alii anonymi alii Ioanni Monacho adjudicantur; 568, octo canones in s. Petrum, et octo in s. Paulum. — In Lampros C. A., II, p. 20, canon in Domin. Thomae; p. 369, canones in Sanctissimam V. octo. — In Rocchi, C. C., p. 297, can. in Circumcis. et Basil. Ἦ ὁ γδοός; p. 298, canon iambicus Epiphaniae Στείθει θαλάσσης (Ioannis Damasceni opus). Etc.

2<sup>o</sup> IOANNES ARCLA (Ἰωάννης ὁ Ἀρκλᾶ), quem a Damasceno non diversum fuisse Barth. Cutlumusianus, Pentec. (Venet. 1869, p. 5), demonstrare contendit. Huic Ioanni inter alia attribuuntur: canon in tono IV (iambicus) Dominicae Pentecost. Θεῖω καλύφθεις; canones pro diversis festis, in Lampros C. A., I, p. 387 (canones Ioannis Damasceni, Arclae philosophi), p. 416, 419 (canones Cosmae Monachi et Ioannis Arclae), p. 305 (canon iambicus Pentecost., auctore Ioanne Monacho Arclae); II, p. 14 (canon in Pentec. auctore Ioanne Monacho cognomine Arclae).

De hoc Ioanne Arcla, vide Eustathii Thessalonic. Interpret. P. G., CXXXVI, 510; Allatii Prolegom. Damascenica, apud Lequinium, P. G., XCIV; Sathas, Ἱστορικὸν δοκίμιον περὶ τοῦ θεάτρου καὶ τῆς μουσικῆς τῶν Βυζαντινῶν, σελ. ρπθ' (Ioannes Arcla idem est ac Ioannes Geo-



metra qui et Philoponus, x s.); G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 161.

3<sup>o</sup> IOANNES (absque cognomine).

Exempli gratia :

Die XV aug. ad *Λιτήν*, idiom. Ioannis in tono II Ἡ πανάμωμος.

Die V martii, in festo s. Cononis, martyris, canon Ioannis (in Menaeis anonymus) I. B, II, 370.

Canon deprecator. ad Sanctissimam Deiparam, cujus acrostich. Ὑπερμάχησον τῶν πολιτῶν σου κόρη. Ὑμνοδία Ἰωάννου, *Ibid.*, 569.

Canon eucharisticus ad Sanctiss. Deiparam pro liberatione Urbis ab hostium incursu, cujus acrost. Ὁδὴν χαριστήριον ἄδω σοι, κόρη, ὁ ἁμαρτωλὸς Ἰωάννης, *Ibid.*, 569.

Die XXXI jan. in festo ss. Cyri et Ioannis, canon Ioannis, Τὸ κῦρος (in Menaeis anonymus), Rocchi, C. C., 299. Etc.

**IOANNES Eugenicus** (Ἰ. Εὐγένικος), xiv<sup>e</sup>-xv<sup>e</sup> s., celeberrimi Marci Ephesini germanus, Magnae Ecclesiae chartophylax. Nonnulla exstant Ioannis carmina liturgica quorum indicem reperies in op. Pétridis, *Les œuvres de Jean Eugénikos*, E. O., XIII, 111-114, 276-281. Speciali mentione dignum est officium Marci Ephesini quod ipse Ioannes composuit; ineditum exstat in cod. Paris. 1295, fol. 304-313 et cod. Iber. 388, fol. 780.

**IOANNES Grassus**, s. XIII, Nectarii Casulensis discipulus, hymnographis annumeratur ab Allatio,

*Contra Hotting.* p. 181. Cf. Batifol, *L'abbaye de Rossano*, p. xxix.

**IOANNES Hierosolymitanus** patriarcha (Ἰ. Ἱεροσολύμων), auctor canonis (ad Deiparam?) qui in codice a. 1732 invenitur (M. B., 166) et canonis ad I.-C. (Lampros, C. A., II, 167).

**IOANNES Hierosolymus** (Ἰ Ἱεροσόλυμος) s. XIX, Magnae ecclesiae archimandrita et Cephalleniae ἱεροκήρυξ. Composuit βιβλίον καλούμενον Μυρίπνοον, Constantinopoli, 1808, in quo plurimi continentur canones. Cf. Bretos, N. Φ., I, p. 152.

**IOANNES Maurocordatus** (Ἰ. Μαυροκορδάτος), auctor octo canonum ad s. Georgium, cf. Papadop.-Keram. I. B., IV, 217.

**IOANNES MAUROPUS** (Ἰωάννης ὁ Μαυρόπουρος), metropolita Euchaitorum, saec. XI. E Paphlagonia oriundus cujus incolae, ut ipse ait, οὐκ ἔγνωσαν δεξιάν ἢ ἀριστεράν, Constantinopolim venit ubi humaniores litteras Michaellem Psellum docuit et Constantinum Monomachum amicitia sibi conjunxit. Anno 1046, Euchaitae in Ponto (nunc *Tchoroum*) metropolita factus est.

Non absurde scribit Pitra, *Hymnographie*, p. 61 : « Jean d'Euchaïte nous a laissé, avec d'inestimables poésies classiques, un ample recueil de canons sur les événements militaires et religieux, sur les fêtes et

*les personnages de son temps, et cette seconde partie de ses œuvres méritait, autant que ses épigrammes, l'honneur des presses de Savilius, au collège Eton. »*

Auctor est trium praeclarorum canonum in officio trium Hierarcharum adhibitorum (Men. ad diem XXX januarii; in ejusdem diei synaxario, hujus officii historiam perpulchre descriptam reperies; cf. etiam *Acta SS.* jun. t. II in principio, ubi egregia de acoluthia XXX januarii commentaria, auctore Nicolao Rayeio, et jun. t. III, p. 413-416, ubi historia institutionis ex Menaeis, graece et latine, interprete eodem Rayeio) — canonis in sabbato I hebd. Quadrag., Triod. p. 211, canonis Horologii in Angelum Custodem, prae se ferentis acrostichidem Τὸν ἄγγελον μέλπω σε τὸν φύλακά μου ὡδὴ μοναχοῦ Ἰωάννου.

Canonum Ioanni adscriptorum adhuc inedita exstat pars maxima. Citantur in Papadop.-Keram. I. B., canon despoticus, II, 154; canon ad Virginem, *ibid.*; canon ad eandem, p. 547; ad I.-C., *ibid.*; ad B. Virginem, *ibid.*; ad s. Ioannem Chrysostomum, III, 145; canon ad s. Ioannem Damascenum, *ibid.* In Codd. palat. gr. p. 68-70 canones ad Christum, ad Deiparam, ad Praecursorem, ad s. Petrum, ad s. Paulum, ad s. Iosephum Hymnographum, ad s. Theodorum Stratel., ad s. Ioannem Chrysostomum, ad s. Nicolaum, ad s. Basilium, ad

s. Gregorium Naz., ad s. Deme-  
trium, ad ss. Cosmam et Damia-  
num, ad s. Michaellem. In Codd.  
reg. Svec. et Pii II, p. 68 : canones  
ad s. Basilium, ad s. Ioannem  
Chrysost., ad s. Nicolaum, ad  
s. Petrum, ad s. Georgium, ad  
s. Blasium. In *C. A.*, II, 229, can-  
on ad Praecursorem. In opere  
Pauli de Lagarde (vide infra) 24 ca-  
nones paraclit. cum acrost. ad  
Christum, p. 221, 224; 2 canones  
ad Christum sine acrost., *ibid.*;  
67 canones ad Deiparam, 11 cano-  
nes ad Praecursorem, p. 222. Etc.

SUBSIDIA. Paul de Lagarde, *Iohan-  
nis Euchaitorum metropolitae* quae  
in cod. Vaticano graeco 676 super-  
sunt, Gottingae, 1882. — Krumba-  
cher *G. B. L.*, p. 740-742. — E. Lame-  
rand, *La fête des trois hiérar-  
ques dans l'Eglise grecque*, in *Bes-  
saronne*, I Ser., IV (1898), p. 164-177  
(p. 166, n. recensentur auctores qui  
de Ioanne scripserunt). — G. Papa-  
dopoulos, *S. M.*, p. 259.

**IOANNES Monachus.** Cf. art. *Ioan-  
nes Damascenus* et art. *Ioannes Pa-  
laeolaurita*.

**IOANNES Morezenus** (Ἰ. Μορέ-  
ζηνος), presbyter, cuius troparia  
ad Deiparam citantur in codice  
xvii s. (Lampros, *C. A.*, I, 213).

**IOANNES Palaeolaurita** (Ἰ. ὁ Πα-  
λαιολαυρίτης), viii-ix s., hieromo-  
nachus in Veteri Laura seu Souka  
a s. Charitone condita, cum Ioan-

ne, Gregorii Decapolitae discipulo minime confundendus. Celebratur ejus memoria die XX aprilis. In ejus canone, a Theophane Grapto composito, haec verba notaveris :

καὶ μελωδίας ἀκραιφνοῦς  
λύρα γεγένησαι.

Non enim absurde putaveris canonem s. Charitonis (in Menaeis, ad diem XXVIII sept.) quem alii ποίημα Θεοφάνου, alii vero Ἰωάννου μοναχοῦ dicunt, a Ioanne nostro compositum esse, sicque, hoc saltem in casu, *Ioannem monachum* eundem esse atque Ioann. Palaeolaur.

SUBSIDIA. S. Vailhé et S. Petrides, *Saint Jean le Paléolaurite, précédé d'une notice sur la vieille Laure* (Paris, Biblioth. hagiogr. orient. 1905); exstat ad calcem op. officium s. Ioannis Palacolauritae a Petride editum.

**IOANNES Rhodiensis** (Ἰ. ὁ Ῥόδου), xviii s., scripsit vitam s. Christoduli Patm., adjuncto, uti apparet, ejusdem sancti officio. Cf. Zaviras, N. E., p. 346.

**IOANNES** ὁ Σγουρῆς, auctor canonis ad s. Athanasium elegis constantis et in codice xiii s. asservati. Cf. Lampros, C. A., I, 43.

**IOANNES Stauracius** (Ἰ. ὁ Σταυράκιος), Thessalonicensis, diaconus et chartophylax, auctor canonis ad s. Nicolaum. Cf. Krumbacher, G. B. L., p. 192.

**IOANNES Theophylactus** (Ἰ. Θεοφύλακτος), saec. ? auctor canonis ad s. Arsenium Corcyr. Cf. Petrides-Emereau, *Saint Arsène de Corfou*, in E. O., XX (1921), p. 437.

**IOANNES patricius Vestes** (Ἰ. πατρικίος Βέστης), cui attribuitur canon iambicus ad s. Theodorum Tironem in cod. Laur. xv s. asservatus. Cf. *Revue des Etudes grecques*. IX (1896), p. 35.

**IOANNES Zonaras** (Ἰ. ὁ Ζωναρᾶς), s. xii, magnus drungarius vigillum et protoascretis, postea monachus, auctor canonis ad Deiparam contra haereses (P. G. CXXXV, 413; Papadop.-Keram. I. B., II, 202, IV, 38, 129; Krumbacher, G. B. L., p. 682). Composuit etiam celeberrimus hic scriptor commentarium in Tetrasticha Gregorii Nazianzeni (cod. Parisin. gr. 992, fol. 366-402), et expositionem canonum anastasimorum Damasceni, de canone, hirmo, tropario et oda (P. G. CXXXV, 422-427. Cf. W. Christ, *Ueber die Bedeutung von Hirmos, Troparion und Canon in der griechischen Poesie des Mittelalters erläutert an der Hand einer Schrift des Zonaras*, in *Sitzungber. der K. bay. Akad.* 1870, II, Heft I, p. 100-102.)

**IOANNICIUS** (Ἰωαννίκιος) † 846. Cf. art. *Auxentius*.

**IOANNICIUS** monachus, auctor kontakii ad s. Ioannicum, acrosti-

chidem ferentis : ὕμνος τοῦ ταπεινοῦ Ἰωαννικίου. Cf. Krumbacher, *Akrostichis*, p. 596.

**IOBIUS** (Ἰώβιος, Ἰωβος, Ἰώβ), auctor carminis de Hypapante (Pitra, *A. S.*, I, 425-432). Fatente Pitra, dignus est melodus noster, qui inter veteres hymnographos annumeretur, quippe cum ejus stichera venustate et acuminibus auream potius quam ferream sibi vindicent aetatem. Hinc cuilibet cognomini haud inepte anteposueris Iobium, saec. circiter VI, illum nempe theologum quem recitat Leontius Byzantinus. Cf. Krumbacher, *G. B. L.*, p. 56.

**IOSEPHUS** (Ἰωσήφ). In *libris liturgicis*, inveniuntur sub nomine *Iosephi* vel *domini Iosephi* hi canones :

Die II jan. in proheort. τῶν φώτων, c. in t. II, Τῷ τῆν ἄβατον.

Eadem die, c. in s. Sylvestrum, t. IV pl. Ὑποθετήθης.

Die III jan. in proheort. τῶν φώτων, c. in t. IV, Ἀθύσσοις.

Die IV jan. in proheort. τῶν φώτων, c. in t. II pl., Ἀγαλλιᾶσθω.

Eadem die, can. in ss. LXX Apost. synaxim, t. IV, Χριστῷ.

Die V jan. in proheort. τῶν φώτων, c. in t. I, Πικρᾶς δουλείας.

Die VIII jan. in f. s. Domnicae, can. in t. II, Τῷ ἐνθέῳ.

Die XIII jan. in f. ss. martyr. Hermyli et Stratonici, can. t. IV pl. Τίμιοι.

Eadem die, canon in ss. Abbates, t. IV, Ἀσκήσει.

Die XV jan. in f. s. Ioannis Calyb. c. in t. II, Πλευτισθεῖς.

Die XVI jan. in f. vincolor. s. Petri, ap. c. in t. IV, Πανηγυρίζει.

Die XXI jan. in f. s. Neophyti, c. in t. pl. IV, Χριστοῦ σε.

Die XXIII jan. in f. s. Agathangeli, mart. c. in t. IV, Τὸ κλεινόν.

Die XXVII jan. c. in s. Ioann. Chrysost. t. III, Τὸ θεόφθογγον.

Die III febr. c. in s. Symeonem, t. IV, Δικαίων σκηνώμασι.

Die VI febr. c. in s. Bucolum ep., t. II pl. Ταῖς θεϊκαῖς.

Die VII febr. c. in s. Parthenium ep., t. II, Τῷ φωτί.

Die XI febr. c. in s. Blasium, mart. t. pl. IV, Ὑμνοῖς.

Die XIX febr. c. in s. Archippum, t. IV, Ἀσπράψας.

Die XX febr. c. in s. Leonem Catan., t. pl. IV, Λαμπτήρᾳ σε.

Die XXVI febr. c. in s. Porphyrium Gazens. t. pl. IV. Ταύτην.

Die XXIX febr. c. in s. Cassianum, t. II, Στεφανώσας.

Die II mart. c. in s. Hesychium, t. IV, Ταῖς θεῖαις.

Die VI mart. c. in ss. XLII mart. Amoriens., t. pl. II, Ἀναφανέντες.

Die VII mart. c. in ss. Martyr. Cherson., t. IV, Ταῖς θεῖαις.

Die X mart. c. in s. martyr. Codratum, t. IV, Μαρτύρων.

Die XIV mart. c. in s. Benedictum, t. II, Ὑμνολογεῖν.

(Continuabitur catalogus.)

Hymnographi byzantini - Quorum nomina in litteras digessit  
notulisque adornavit (Continuatur.)

Casimir Emereau

---

**Citer ce document / Cite this document :**

Emereau Casimir. Hymnographi byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur.). In: Échos d'Orient, tome 23, n°135, 1924. pp. 275-285;

doi : <https://doi.org/10.3406/rebyz.1924.4462>

[https://www.persee.fr/doc/rebyz\\_1146-9447\\_1924\\_num\\_23\\_135\\_4462](https://www.persee.fr/doc/rebyz_1146-9447_1924_num_23_135_4462)

---

Fichier pdf généré le 14/04/2018

# HYMNOGRAPHI BYZANTINI

QUORUM NOMINA

IN LITTERAS DIGESSIT NOTULISQUE ADORNAVIT

C. ÉMEREAU

(*Continuatur.*)

Die XV mart. c. in ss. Agapium et soc. ejus, t. pl. IV, Ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.

Die XVII mart. c. in s. Alexium, t. II, Στενωτάτην.

Die XIX mart. c. in ss. Chrysanthum et Dariam, mm., t. IV, Στεφάνω.

Die XXII mart. c. in s. Basilium Ancyr., t. pl. II, Σοῦ τὴν βασιλείαν.

Die XXIII mart. c. in s. Niconem et soc. ejus, t. IV, Νικήσας.

Die XXVI mart. c. in s. Gabrielem arch., t. IV, Ὡς φῶς.

Die XXVIII mart. c. in s. Hilarionem Jun., t. II, Συμπαθῆς.

Die XXIX mart. c. in ss. Jonam et soc. ejus, mm., t. I, Ἀγγλῆ.

Die V apr., canon t. IV, in ss. Claudium, Diodorum, etc., Τὸν δρόμον.

Die VII apr., c. t. IV, in s. Calliopium, m., Καλῶς.

Die VIII apr., c. t. III, in ss. Herodionem, Agabum, etc., Ἀποστόλων.

Die IX apr., c. t. IV pl., in s. Euppsychium, m., Τοὺς ἄθλους.

Die X apr., c. t. IV pl., in ss. Terentium et soc. mm., Πληθύς.

Die XI apr., c. t. IV, in s. Antipam, m., Τῷ φέγγει.

Die XIII apr., c. t. IV pl., in s. Martinum, Papam, Πόνους μυρίους.

Die XIV apr., c. t. II pl., in ss. Aristarchum etc., Θρόνῳ.

Die XV apr., c. t. IV, in s. Crescentem, m., Κροτήσωμεν.

Die XVI apr., c. t. IV pl., in ss. Agapem, Irenem et Chioniam, mm., Χάριν μοι.

Die XVII apr., c. t. I pl., in s. Symeonem Pers., Στέφανον.

Die XXI apr., c. t. II, in s. Ianuarium et socios ejus, mm., Συνών.

Die XXII apr., c. t. IV, in s. Theodorum Syceotam, Θεοφεγγῆ.

Die XXIV apr., c. t. IV pl., in s. Elisabeth, Ταῖς τῶν παθῶν.

Die XXVI apr., c. t. II, in s. Basileum, m., Τῷ Βασιλεῖ.

Die XXVII apr., c. t. IV, in s. Symeonem, m., Σίμων ἱερώτατε.

Die XXVIII apr., c. t. IV, in ss. novem mart. Cyzic., Ταῖς θείαις.

Die III maii, c. t. II pl., in ss. Timotheum et Mauram, mm., Τῶν ἱερῶν.

Die XVII maii, c. t. IV pl., in ss. Andronicum et Iuniam, Αἴνον Θεῶ.

Die XVIII maii, c. t. IV, in ss. Petrum, Dionysium et soc. mm., Πίστεως.

Die XX maii, c. t. IV, in s. Thallelaeum, m., Ταῖς ὑπερφώτοις.

Die XXII maii, c. t. IV pl., in s. Basiliscum, m., Ταύτην.

Die XXVI maii, c. t. IV, in s. Carpum, Τοὺς πύθω.

Die XXVIII maii, c. t. IV, in s. Eutychium, m., Ταῖς θείαις.

Die XXXI maii, c. t. IV pl., in s. Hermium, m., Ἀστῆρ.

Die V jun., c. t. IV pl. in s. Dorotheum, Δῶρον Θεῶ.

Die VII jun., c. t. II pl., in s. Theodotum Ancyr., Θεολαμπῆ.

Die X jun., c. t. I, in ss. Alexandrum et Antoninam, mm., Ὕμνοις.

Die XIII jun., c. t. IV, in s. Acylinam, m., Δεδοξασμένη.

Die XVI jun., c. t. IV, in s. Tychonem, Τῶ θρόνῳ.

Die XXII jun., c. t. IV pl., in s. Eusebium Samosat., m., Τῶ ἀχροτάτῳ.

Die XXVI jun., c. t. I pl., in s. Davidem, Ὑμνοῖς.

Die XXVII jun., c. t. II pl., in s. Sampsonem, xenodoch., Ὑμνοῖς.

Die XXVIII jun., c. t. II, in ss. Cyrum et Joannem, Κράτος

Die I jul., c. t. II pl., in ss. Cosmam et Damianum, mm., Καταστραπτόμενοι.

Die II jul., c. t. IV, in pretiosam vestem Deiparae Blachern., Ἐσθητά σου.

Die VII jul., c. t. II, in s. Cyriacam, m., Χαρμονικῶς.

Die XII jul., c. t. IV, in ss. Proclum et Hilarium, Συνόντες.

Die XIII jul., c. t. IV, in s. Gabrielem, arch., Ὡς φῶς.

Eadem die, c. t. II pl., in s. Gollinduch, m., Καρμονικῶς.

Die XIV jul., c. t. II, in s. Acylam, Τὸν ἱερόν.

Die XV jul., c. t. IV pl., in ss. Cirycum et Iulittam, mm., Κτηρύξαντες.

Die XVI jul., c. t. IV pl., in s. Athenogenem, m., Τάξειςιν.

Die XVII jul., c. t. IV, in s. Marinam, m., Μαρτύρων.

Die XVIII jul., c. t. IV, in s. Haemilianum, m., Αἰνέσωμεν.

Die XIX jul., c. t. IV, in s. Dium, Διόλου.

Die XX jul., c. t. IV pl., in s. Eliam proph., Νενεκρωμένην.

Die XXIII jul., c. in s. Phocam (in Men., Venet. 1895, p. 106).

Die XXIV jul., c. t. IV pl., in s. Christinam, Χαίροις.

Die XXVI jul., c. t. IV pl., in ss. Hermolaum et soc. ejus, Ὑμνοῖς.

Die XXVIII jul., c. t. IV, in ss. Prochorum, Nicanorem, etc. Μεθέξει.

Die XXX jul., c. t. II, in ss. Silam, Silvanum, etc. Παριστάμενοι.

Die XXXI jul., c. t. II, in s. Eudocimum, Ὑψηλόν.

Die I aug., c. t. IV pl., in s. Crucem, Τὸν τοῦ Κυρίου.

Die III aug., c. t. IV pl., in ss. Isacium, Dalmatum et Faustum, Φωτί.

Die V aug., c. t. IV pl., in s. Eusignium, m., Ταῖς πανευκλεεστάταις.

Die XI aug., c. t. IV, in s. Euplum, m., Τῶ ὄπλῳ.

Die XII aug., c. t. IV, in ss. Photium et Anicetum, mm., Τοῖς πόνοις.

Die XIV aug., c. in proheort. Assumpt. B. M. V. t. IV pl., Ἄσωμεν.

Die XVII aug., c. t. II, in s. Myronem, m., Αἶνον Θεῶ.

Die XVIII aug., c. t. IV pl., in ss. Florum et Laurum, mm., Ταῖς φωταυγέσιν.

Die XIX aug., c. t. IV, in s. Andream et soc. ejus, mm., Ὑμνήσαι.

Die XX aug., c. t. IV, in s. Samuel proph., Τὴν στεῖρᾶν μου.

Die XXI aug., c. t. IV pl., in s. Thaddaeam ap., Θρόνῳ.

Eadem die, c. t. IV pl., in s. Bassam, martyr., Τὴν στήν.



Die XXII aug, c. t. I, in s. Agathonicum, m., Ἀγάθωνον.

Eadem die, c. t. IV, in s. Lupum, m., Ὑμνοῦντι.

Die XXIV aug., c. t. IV pl., in s. Eutychium, mart., Τῶν Ἀποστόλων.

Die XXXI aug., c. t. IV pl., in Zonam B. M. V. Ἰσχυόν με.

Die III sept., c. t. IV, in s. Anthimum, Ἀνθήσας.

Die VI sept., canones duo, t. IV, in s. Michaellem arch., Ταῖς θείαις et Τὸν ἀρχιεργόν.

Die VII sept., in proheort. Nativitatis B. M. V. c. t. IV, Γηθόμενοι.

Die X sept., c. t. IV, in ss. Menodoram et socias ejus, Τριάδα.

Die XIII sept., c. t. I pl., in s. Cornelium m., Ταύτην σου.

Die XVIII sept., c. t. II, in s. Eumenium, Ἐγῶν.

Die XIX sept., c. t. IV pl., in ss. Trophimum et soc. ejus. Ταῖς ὑπερφώτοις.

Die XXII sept., c. t. II in, s. Co-dratum, Στεφρηφορῶν.

Eadem die, c. t. IV, in s. Phocam, m. Ὑμνησαί.

Die XXV sept., c. t. I pl., in s. Euphrosynam, Ὑμνοίς.

Die XXVI sept., c. t. II pl., in s. Ioannem Apost., Εἰς τὰ τοῦ Πνεύματος.

Die XXVII sept., c. t. IV pl., in s. Callistratum, martyr., Τρίβον.

Die XXX sept., c. t. IV, in s. Gregorium Armen., Τριάδι.

Die V oct., c. t. IV, in s. Charitinam, m., Ταῖς σαῖς μου.

Die X oct., c. t. II pl., in ss. Eu-

lampium et Eulampiam, mm., Ταῖς φανοτάταις.

Die XI oct., c. t. II pl., in s. Philippum, Ταῖς φανοτάταις.

Die XII oct., c. t. IV pl., in ss. Probum et soc. mm., Μαρτυρικαῖς.

Die XIV oct., c. t. IV, in ss. Nazarium, Gervasium et soc. mm., Πιστῶς.

Die XVI oct., c. t. IV, in s. Longinum, Ταῖς θείαις.

Die XVII oct., c. t. II, in s. Andream in Crisi, m., Ἀνδρικῶς.

Die XIX oct., c. t. II pl., in s. Varum m., Ἀναφανείς.

Die XX oct., c. t. II, in s. Artemium, martyr., Τὸν ἀγῶνα.

Die XXII oct., c. t. II, in s. Abercium, Ἀγγλῆ.

Eadem die, c. t. IV, in ss. septem Pueros Ephesin., Τὴν θείαν.

Die XXV oct., c. t. IV, in ss. Marcianum et Martyrium, mm., Διόλου.

Die XXVI oct., c. t. II pl., in terrae motum, Ὡς ἐν ἡπείρω.

Die XXIX oct., c. t. IV pl., in s. Anastasiam, m., Ταύτην τὴν φωτοφόρον.

Eadem die, c. t. IV pl., in s. Abramium, Ταῖς θείαις.

Die XXX oct., c. t. IV pl., in ss. Zenobium et Zenobiae, Θρόνω.

Die XXXI oct., c. t. I, in ss. Stachyem et alios., Πίσται.

Eadem die, c. t. IV, in s. Epimachum, m., Ταῖς θείαις.

Die I nov., c. t. IV, in ss. Cosmam et Damianum, mm., Δυάς.

Die III nov., c. t. I, in ss. Acepsimam, etc., Ἀγγλῆ.

Die IV nov., c. t. IV, in s. Ioannicum Magnum, Τῷ φέγγει.

Eadem die, c. t. IV, in ss. Nican-drum et Hermaeum, Σεπτῶν.

Die V nov., c. t. IV pl., in ss. Gal-lactionem et Epistemem (Menaeta, p. 30, n.)

Die VII nov., c., in XXXIII Mar-tyr. Melitin. (Men. p. 39, n.)

Die IX nov., c. t. IV, in ss. One-siphorum et Porphyrium, mm., Φέρουσα.

Eadem die, c. t. IV pl., in s. Ma-tronam, Τάξεσιν.

Die X nov., c. t. I, in ss. Olym-pam, Rhodionem, etc., Θεῖοι.

Die XI nov., c. t. IV pl., in s. Ioannem Eleemosyn., Τῆ συμπα-θεία.

Die XX nov., in proheort. Prae-sentat. B. M. V., c. t. IV, Ἀγίων εἰς Ἄγια.

Eadem die, c. t. IV pl., in s. Gre-gorium Decapolitanum, Νενεκρω-μένην.

Die XXII nov., c. t. II, in ss. Phi-lemonem et soc., Χοροβατῶν.

Die XXIII nov., c. t. IV pl., in s. Gregorium Agrigentinum, Ταῖς τοῦ Πνεύματος.

Die XXIV nov., c. t. IV, in s. Cle-mentem, Θρόνῳ.

Die XXV nov., c. t. IV pl., in s. Mercurium, m., Μετὰ τῆς ἄνω.

Die XXVI nov., c. t. I pl., in s. Alypium, Χάριτος.

Die XXVIII nov., c. t. II pl., in s. Stephanum Iuniolem, Χαρμονικῶς.

Die XXIX nov., c. t. IV, in s. Pa-ramonum m., Ὑμνοῦντος.

Die VII dec., c. t. IV, in s. Am-brosium Mediolan., Ταῖς θείαις.

Die X dec., c. t. I, in ss. Menam et soc. ejus, mm., Στεφάνοις.

Dominica sanct. Propatrum, c. t. I, Πατράσιν.

Die XI dec., c. t. IV pl., in s. Da-nielem Stylitam, Ὑμνοῖς.

Die XV dec., c. t. I, in s. Eleu-therium, m., Παθῶν.

Die XVIII dec., c. t. I, in ss. Sebas-tianum et soc. ejus, θείαις.

Die XIX dec., c. t. IV, in s. Boni-fatium, m., Προθύμῳ.

Die XX dec., c. t. I, in proheort. Nativ. Domini, Ἀρξώμεθα.

Die XXI dec., c. t. IV, in proheort., Ἀγάλλου.

Eadem die, c. t. IV, in s. Iulianam, m., Μαρτύρων.

Die XXII dec., c. t. I, in s. Anas-tasiam, m., Τὴν μνήμην σου.

Die XXIII dec., c. t. II, in proheort., Ἄτριπτον.

Die XXIV dec., c. t. II, in proheort., Ἀπεγράφης.

Die XXVI dec., c. t. I, in s. Iose-phum, sponsum B. M. V. Χριστοῦ.

Die XXVIII dec., c. t. I, in ss. vi-ginti millia Martyr. Nicomed.

Sabbato Acathesti, c. t. IV, Χρισ-τοῦ βίβλον.

Adde Canones et triodia pluri-ma Paracleticae et Triodii.

2) Inveniuntur etiam idiomela diebus III, IV, V, VII jan. et alia sed pauca in Triodio. In codic. manuscriptis innumeri citantur sub nomine Iosephi canones. Cf. e. g. Lampros, C. A. II, 377, 381, 385,

466. Rocchi, C. C. 144, 145, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 302, 303.

Vide artic. *Iosephus Hymnographus* et *Iosephus Thessalonicensis*.

**IOSEPHUS** *archimandrita*, retraxit officium Nicolai neomartyris (Venetiis, a. 1791). Cf. Bretos, N. Φ., I, 117.

**IOSEPHUS** *Cozza*, abbas Cryptoferratensis (annis 1875-1882), deinde S. R. E. vice-bibliothecarius. Ritus graecum plurimis abhinc saeculis ab integritate sua deficientem in pristinum decorem restitui curavit. Canonem Theodori Toscanii in s. Iosaphatum perfecit et alium in eundem confecit, cuius initium Πνεῦσον τὸ πνεῦμα. Praeterreundum non est ejus opus: *De Immaculata Dei parae Conceptione Hymnologia Graecorum*, quod una cum Theodoro Toscanio compos. Romae, 1862.

**IOSEPHUS** *Cryptoferratensis* monachus, auctor canonis anastasimi εἰς μοναζούτσας, qui in codice saec. XI ineuntis reperitur (Rocchi, C. C., p. 254).

**IOSEPHUS HYMNOGRAPHUS** (Ἰωσήφ ὁ ὑμνογράφος), n. c. 813 — m. 3 apr. 883. Ex Sicilia insula oriundus, patria ab Arabibus capta atque vastata, una cum matre et fratribus primum in Peloponnesum, deinde Thessalonicem fugit, qua in urbe monas-

ticam vitam amplexus est. Sacerdotio postmodo auctus, cum Gregorio Decapolita Constantinopolim circa a. 840 petiit. Sed cum Iconoclastae in ecclesia byzantina iam superiores agere coepissent, Gregorium deprecati sunt orthodoxi ut Romam destinaret Iosephum, qui fideles ibi degentes de statu ecclesiae orientalis certiores faceret. Romam vero dum petit Iosephus, a piratis deprehenditur et in Cretam insulam avehitur. A. 842 aut 843, Constantinopolim redux defunctum Gregorium deplorat et Ioanni, Gregorii discipulo, in sacrarum virtutum palaestris, sese socium adiungit. In ecclesiam S. Ioannis Chrysostomi mox secedens, monasterium propter extruxit. Fertur Iosephum nostrum a sancto Bartholomaeo, in cuius honorem sacellum aedificaverat, sacrorum hymnorum et canonum charisma accepisse. Ast dum pius celeberrima sua pangit carmina, Bardae iussu exilio multatur, et in Chersonem relegatur; qua e regione cum ab imperatrice Theodora revocatus fuisset, Magnae Dei ecclesiae scevophylax, Ignatio patriarcha, effectus est. Ipsi quoque Photio acceptissimus fuit, siquidem Photius Iosephum Dei virum Patremque Patrum appellabat. Celebratur Iosephi Hymnographi memoria, die III aprilis.

FONTES. 1) Vita a Theophane monacho (A. Papadopoulos-Kerameus, *Monumenta graeca et latina*

*ad historiam Photii patriarchae pertinentia* II, Petropoli 1901, p. 1-14; Cf. M. Théarvie, *A propos de Théophane le Sicilien* in *E. O.*, VII [1904], p. 169 s.) — 2) Vita a Ioanne diacono (*A. SS.*, apr. III, XXIX-XXXV, et *P. G.*, CV, 939-975) — Laudatio a Theodoro Pediasimo (M. Treu, *Theodori Pediasimi ejusque amicorum quae exstant*, Potisdamiae, 1899, p. 1-14; Cf. P. N. Papageorgiou, in *B. Z. X* [1891], 429-430).

Inter melodos byzantinos nobilem locum occupat Iosephus noster quippe qui, ut W. Christ verbis utar, « ingenii ubertate et arte res multifariam variandi facile Cosmam et Ioannem superet ». Attamen « eo potissimum nomine principibus illis melodis inferior est, quod musicae artis parum gnarus modis ab illis inventis suorum hymnorum verba accommodavit ». (*Anthol.*, p. XLVIII.) Quanti vero illum fecerint Byzantini, ex ipso cognomine palam est, cum eum κατ' ἐξοχὴν *hymnographum* appellaverint.

Sed quoniam inter Iosephos hymnorum scriptores duo potissimum recensentur, prior quidem Studita posterior vero Hymnographus, illud difficillimum est ad diiudicandum, utri Iosepho singula carmina ecclesiastica adsignanda sint. Arduum sane opus. Putaverim et ego, « canonum Sanctorum in Menaeareceptorum omnium Iosephum Siculum auctorem esse », ut qui Sanctorum laudes cecinisse in Synaxa-

riis perhibetur (Christ, *l. c.*); triodiorum vero canonumque in Triodium, in Pentecostarium et in Paracleticam receptorum, partem maximam Iosepho Thessalonicensi adscribendam (Vide art. *Iosephus*).

EDITIONES. Migne, *P. G.*, CV, 984-1426 (*Mariale* seu collectio carminum in honorem B. M. V., complectens: can. in pervigilio Nativitatis SS. Deiparae; can. in pervigilio ingressus in templum sanctissimae Deiparae; c. in profestivitate obdormitionis B. Virginis; c. de depositione pretiosae vestis SS. Deiparae in B. achernis; c. de pretiosa zona B. Virginis Constantinopoli olim asservata; c. ad hymnum Acathestum; canones tres in SS. Deiparam: theotokia seu troparia ad Deiparam e Menaeorum canonibus excerpta; theotokia seu troparia ad Deiparam, ex Paracletica desumpta; theotokia seu allocutiones ad beatam Virginem Deiparam quarum plures graece ibi desunt — C. in terrae motu periculo — Iosephi humilis et minimi laudatio in sanctum apostolum Bartholomaeum). — Christ et Paranikas, *A. G.*, p. 242-253. (C. in terrae motum; c. ad Acathestum; triodium quadagesim.) — Pitra, *A. S.*, I, 381-399. (Carmina in Vigilia Nativitatis D. N.; de S. Daniele; de s. Andrea apostolo; de s. Stephano; de s. Ignatio; de S. Eustratio; de s. Gregorio Thaumaturgo; de ss. Germano et Epiphano; de s. Thecla; de immaculato B. V. Conceptu; de Epiphania.) 400-408 (inproheortiis τῶν φώτων; aliud Iosephi carmen de eodem

argumento). — Nilles, *Kalendarium*, II, 544-545 (theotokia ex canone in s. Ioseph desumpta).

SUBSIDIA: Praeter Pitrae, Christ, etc. opera citata, vide etiam Philaretum, *Istoritcheskii obzor piesnopienvtsev i piesnopienia gretcheskoi tserkvi*, 3<sup>a</sup> edit. Petropoli, 1902, p. 295 s.; G. Papadopoulos, Σ. Μ., p. 244 s.

**IOSEPHUS** *Nicolaidēs*, qui et *Caesareus*, auctor officii Ioannis Russici (Athenis, 1849). Cf. Lampros, *C. A.*, II, 449.

**IOSEPHUS** *Sabbaita* (Ἰ. ὁ Σαββαΐτης), auctor octo canonum ad s. Sabbam et canonis ad Deiparam. Cf. Papadop.-Keram., I. B., II, p. 399, 465.

**IOSEPHUS** *Thessalonicensis* (Ἰωσήφ Θεσσαλονίκης), frater sancti Theodori Studitae (n. circa 762 — m. 15 jul. 832). Primum Saccudione, monasticam vitam agit, deinde Studii Theodoro magistro, Platoneque socio, in sacra virtutum palaestra sese exercet. Anno 807, Thessalonicensi Ecclesiae praeficitur. Illum vero quum Moechiani accusassent quasi malis artibus episcopatum adeptus esset, apologiam pro Iosepho scripsit Theodorus. In exilium nihilosecius missus est archiepiscopus et a Moechianis depositus. Multis inde pro fide catholica exantlatis laboribus, miserrimus omnique privatus ope apud Thessalos obiit. Ejus corpus, die XXVI jan. 844, Naucratii et Athanasii Studitarum

cura, ad Studianam sancti Ioannis Baptistae ecclesiam solemnī pompa translatum est, ibique conditum una cum Platonis et Theodori sacris reliquiis. Recolitur sancti Iosephi memoria die XV julii.

FONTES ET SUBSIDIA. Vide artic. *Theodorus Studita*. Optimam scripsit P. Pargoire de Iosepho dissertationem in *E. O.*, *Saint Joseph de Thessalonique*, IX (1906) 278 s., 351 s.

1) Iosephus Thessalonicensis, Theodoro iuvante, carmina triodia, tetraodia, et diodia dicta composuit, Triodiumque Graecorum retractavit.

« Τριώδια, τετραώδια, διώδια, minora cantica sunt, quae non nonis, ut canones, sed trinis aut quaternis aut binis odis constant. Cum enim in minoribus solemnitatibus ecclesiae omnia novem cantica sacra una cum noviciis odis cantari nimis prolixum esset, pluribus abiectis duo aut tria tantum relinquere coeperunt. Tantum autem aberat, ut prioribus canticis servatis posteriora semper abiicerent, ut fere primum, octavum, nonum canticum selegerent et triodiorum odas primam, octavam, nonam numerarent. Auctor huius carminum generis Cosmas Hierosolymitanus esse perhibetur, cuius exemplum *Iosephus* et *Theodorus* ita imitati sunt, ut cum magnae hebdomadis ille triodia fecisset, ipsi omnium hebdomadam τῆς Τεσσαρακοστῆς triodia componerent, qua de re cod.

Vindobon. theol. n. 296 fol. 1<sup>b</sup> haec retulit : πρώτος δὴ πάντων τούτ' ἐπενόησε, τὰς τρεῖς φημι τῶν ᾠδῶν, εἰς τύπον, οἶμαι, τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς τριάδος ὁ μουσικώτατος καὶ πνευματικὸς τῶ ὄντι νέος Ὀρφεὺς, ὁ μέγας ποιητῆς Κοσμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τῶν παθῶν τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἑβδομάδι... ἐξ οὐπερ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἄλλων Θεόδωρος τε καὶ Ἰωσήφ οἱ Στουδίται κατὰ ζῆλον ἐκείνου κἄν ταῖς λοιπαῖς ἑβδομάσι τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης Τεσσαρακοστῆς συνταξάμενοι τῇ αὐτῶν μονῇ τοῦ Στουδίου πρώτως παραδεδώκασι... Omnia quae modo significavi triodia partem libri Triodii efficiunt, qui ab illo carminum genere suum nomen sortitus est. » (Christ et Paranikas, *A. G.*, p. LXVIII.)

2) Iosephus Thessalonicensis, Ioannis Damasceni Octoechum « ita amplificavit ut, cum ab illo diei dominicae canones et stichera octo tonorum confecta essent, ipse reliquorum quoque cuiusque hebdomadis dierum canones, triodia stichera componeret. Sic sexies octoni sive quadraginta octo canones Iosephi, secundum octo tonos digesti, feruntur, quos in cod. Monacensi D et cod. Vindobon. theol. n. 309 saec. XII exaratos repperi. » (Christ et Paranikas. *op. cit.*, p. XLVIII.)

Praeterea notandum est quod inde canones cuiusque diei varia sortiti sunt nomina : ut enim diei dominicae canones ἀναστάσιμοι, ita secundi et tertii diei κατανοητικοί, quarti et sexti σταυρώσιμοι, quinti ἀποστολικαί, septimi μαρτυρικοί dicti sunt.

3) Iosepho Thessalonicensi proprie assignantur :

a) *In libris liturgicis*, canon in Domin. Paralyt. t. III, Θαυμαστός; canon in Domin. Samaritanae, t. IV, Ὁ πατάξας; canon in Domin. Caeci, t. I pl. Γῆν, ἐφ' ἧν; canon in Ascensionem Domini, t. IV, Ἀνέστεις; etc. Cf. artic. *Iosephus*.

b) In codice theol. Vindobon. 299, canon in Iudicium universale, inc. Χαίρει χορὸς (Cf. P. de Lagarde, *Iobannis Euchaitorum metropolitae quae in codice Vaticano graeco 676 supersunt*, Gottingae 1882, p. 222.

In libris liturgicis, Romani Melodi haec adhibentur carmina : ad diem XX dec., ad apost. Laudum carmen alphabeticum Αὶ ἀγγελικαί in t. II pl., (litt. A.-Z.); ad diem XXI dec. idem carmen (litt. H.-M.); ad diem XXII dec., idem carmen (litt. N.-Σ.); ad diem XXIII dec. idem carmen (litt. T.-Ω.); ad diem XXV dec., ad Laudes, kontakium Ἡ παρθένος σήμερον et troparium Τὴν Ἐδέμ Βηθλέεμ; in Dominica Paschae kontakium Εὶ καὶ ἐν τάφῳ in t. IV pl. cum tropario Τὸν πρὸ τηλείου; in Dominica Antipaschae, kontakium Τῆ φιλοπράγμονι in t. IV pl. cum tropario Τίς ἐφύλαξε; in

festo Ascensionis Domini, kontakium Τὴν ὑπὲρ ἡμῶν in t. IV pl. cum tropario Τὰ τῆς γῆς; in Pentecoste, kontakium Ὅτε καταβάς in t. IV pl. cum tropario Ταξέϊαν καὶ σταθιράτη. Etc.

EDITIONES. Pitra, A. S., 1-241 (29 cantica edit.); *Hymnographie*, p. 89 s.; *Sanctus Romanus veterum melodorum princeps* (cantica sacra ex codd. mss. monasterii S. Ioannis in insula Patmo primam in lucem edid. J.-B. P., anno Jubilaei Pontificii 1888.) — Christ et Paranikas, A. G., p. 131 s. — Alex. Lauriotes, Ῥωμανοῦ τοῦ Μελωδοῦ κοντάκιον εἰς τὰ ἅγια Φῶτα, in Ἐκκλ. Ἀλλῆθ. XII (1892), 385. 404; ejusdem auctoris. Περὶ Ῥωμανοῦ τοῦ Μελωδοῦ, *Ibid.* 255, 262-264 (canticum pro sabbato Tyroph.) — Orationem Romani (εὐχὴ κατὰ στίχον) e cod. Sabb. 434 ed. A. Papadopoulos-Kerameus in A. I. Σ. I. (1891) 390-392. (Cf. P. Maas, *Früh-byzantinische Kirchenpoesie* I. Anonyme Hymnen des V-VI Jahrhunderts, 1910, p. 8, in Hans Lietzmann's *Kleine Texte*). — Nunc vero optimum textum in lucem dedit Carolus Krumbacher in hisce operibus: *Studien zu Romanos*, 1898 (cantica de Petri negatione, de patriarcha Joseph, de extremo Judicio, de Purificatione B. M. Virginis) *Umarbeitungen bei Romanos*, 1899 (tria cantica de decem Virginibus); *Romanos und Kyriakos*, 1901 (canticum Romani de Iuda et canticum Cyriaci de Lazaro); *Die Akrostichis in der griechischen Kirchenpoesie*, 1904 (canticum de Virgine juxta Crucem; alia bene multa ibidem

indicantur Romanicarum in aedificata, quae potissimum in codice Patmiaco 212 continentur); *Miscellen zu Romanos*: 1907 (cantica de s. Mena, de s. Tryphone, de XL martyribus Sebast.), etc.

SUBSIDIA. Pitra, *Hymnographie*, p. 47 s.: A. S. I, Proleg. xxv s. — Jacobi. *Zur Geschichte des griechischen Kirchenliedes*, Zeitschr. für Kirchengesch. herausgeg. von Th. Brieger V (1882), 220 s. — Funk, Tübing. Theolog. Quartalschr. LXI (1879) 493 s. — Bouvy, *Poètes et Mélodes*, Nemaus. 1886, p. 367-375. — Deutschmann, *De poesis Graec. rhythmicæ usu et origine*, 1889, p. 22. — H. Grimme, *Der Strophenbau in den Gedichten Ephraems des Syrers*, Frib. Helvet. 1893, p. 87-95, 658 — Vasiljeskij, *Wan lebte der Melode Romanos?* V. V. I, (1894) 256-258. (E. Kurtz in *B. Z.*, IV [1895] 238). — Krumbacher, *G. B. L.*, 665-671. — C. de Boor, *Die Lebenszeit des Dichters Romanos* in *B. Z.*, IX (1900) 663-640. — S. Vailhé, in *E. O.* V (1902) 207 s. — Van den Ven in *B. Z.*, XII (1903) 153-156. — Papadopoulo-Kerameus in *Néz. Hμέζα*. Tergest., n. 1438, 1439 et praesertim 1604 et *B. Z.*, II (1893). — P. Maas, *Die Chronologie der Hymnen des Romanos* in *B. Z.*, XV (1906) 1-44. — Pétrides in *E. O.*, IX (1906) 225. — Wehofer, *Untersuchungen zum Lied des Romanos auf die Wiederkunft des Herrn*, aus dem Nachlass des Verfassers herausg. von A. Ehrhard und P. Maas, *Sitzungsberichte der K. Ak. der Wiss. in Wien*, Philos.-hist. Kl. 154. Band, 5 Abhandl.

1907, p. 10, 20 s. — Krumbacher, *Die Griechische Literatur des Mittelalters* (Die Kultur der Gegenwart I, 8, 2<sup>a</sup> ed. 1907), p. 265. — Maas, *Das Kontakion* in *B. Z.*, XIX (1910) 290-92-99. — Sophron. Eustratiades, Ῥωμαῖνος ὁ Μελωδός καὶ ἡ Ἀναβίσις, Thessalonica. 1917 (notatu digniora quae p. 18-29 auctor scribit).

Ad cultum liturgicum quod attinet, cf. Pitra A. S., I, p. xxv s. Petrides, *Office inédit de saint Romain le Mélode*, in *B. Z.*, XI (1902) 358-365. — Rabois-Bousquet, *Le culte de saint Romain le Mélode dans l'Eglise arménienne E. O.*, III (1900) 339-342.

**SAPHIRIUS** (Σαφίριος) Christodoulidis, auctor officii Cosmae Aetoli, Venetiis 1814.

**SERGIUS** (Σέργιος) Constantinopolitanus patriarcha (610-638), Acatthisti auctor falso perhibetur. Cf. art. *Acatthistus*.

**SERGIUS** *Hagiopolita* (Σ. Ἀγιοπολίτης), monachus IX saec., auctor idiom. Ἡ ἀπαρχὴ in t. I, Ἐν εὐστίμῳ in t. IV pl., Δεῦτε ἀπαντες in t. IV pl., ad diem VIII sept., in festo Nativitatis B. M. V., et idiom. Σήμερον in t. II. pl. ad diem XXI nov. in festo Praesentationis B. M. V. Cf. E. Bouvy, *La fête de l'Ἐπιτομὴς dans l'Eglise grecque*, in *Bessarione* I (1897) p. 557 s. De Sergio Confessore et historiarum scriptore loquitur Photius in *Biblioth. cod.* 67 (P. G., CIII, 164): de Sergio sermo

est in Maii Spicil. Rom., t. IV, VII; Sergio, nullo cognomine addito, adscribuntur idiom. ad diem VIII sept., ad diem XXX sept., ad diem VI dec.; Sergii monachi sub nomine in lucem vulgatus est canon menolog. in Ἐκκλ.στ. Ἀλ.θ. sept. 1903; Sergius alias Georgius vocatur. Efficiantne isti cognomines unum eundemque melodum, id omnino me latere fateor.

**SETA** cf. art. *Anthimus*.

**SOPHRONIUS** (Σωφρόνιος) monachus *cryptoferratensis*. De quo Rocchi: « Floruit in nostro monasterio inter saecula XI et XII, et Menaeum quoque Julii, quod videsis, exscripsit. Idem vero mihi videtur praeter canonem in s. Nilum, illum quoque compegisse, quem ineditum diximus, in festum Indictionis, s. Symeonis a c. ss. Martyrum. Canonem in ss. Joachim et Annam ipse edidi cum vers. lat. in op. *Le Glorie di S. Giocchino*. » (*Codices Cryptenses*, p. 291.) Notat etiam Rocchi quod Sophronius « robustior ceteris omnibus est atque is graecitatis possessor, ut eum non ritu tantum sed graecum natione fuisse » existimet (*De Coenobio cryptoferratensi*, p. 263).

**SOPHRONIUS** *Hierosolymitanus* patriarcha († circa a. 638), a Sophronio Sophista Damasci nato circa 550 et post a. 629 defuncto proba-  
 17

satis apparet ex opere S. Vailhé. *Sophrone le Sophiste et Sophrone le Patriarche* in *R. O. C.*, t. VII et VIII. Laudes Christi, apostolorum, martyrumque non solum anacreonteis celebravit carminibus, sed etiam idiomelis, iisque aptis modis exornatis, prosecutus est, quorum duo in Menaea recepta sunt, nempe die XXIV dec., ad horam primam, idiom. in t. IV, pl. Βηθλεεμ ἐτοιμάζου; et die VI jan. ad horam primam idiom. Σήμερον et duo sequentia in t. IV pl.; haec tria ultima in acoluthia τοῦ μεγάλου Ἀγασμοῦ (in Euchologio) adhibentur. Iam supra dictum est (art. *Iosephus hymnographus*) triodiam magnum ab Ang. Maio (*Spicil. Rom.* t. IV), Sophronio patriarchae falso assignatum esse, quippe quod opus sit Iosephi hymnographi.

SUBSIDIA. S. Vailhé, *op. cit.* — E. Bouvy, *Poètes et Mélodes*, p. 169-183; ejusdem auctoris *Sophrone le Sophiste*, in op. *Etudes préparatoires au Congrès eucharistique de Jérusalem*, suppl. ad *ephemer. Questions Actuelles*, 18 febr. 1893, p. 131 s.

**SOPHRONIUS** ὁ Πάριος, Cytherorum episcopus, composuit officium Deiparae τῆς Μαρτυροπόσιτης, Venetiis 1743. Cf. Bretos, *N. Φ. I.*, p. 70.

**STEPHANUS** (Στέφανος). In libris liturgicis exstant sub hoc nomine ad diem I jan., in festo Circumci-

sionis Domini, canon in t. II et in Triodio 434, idiom. in t. IV pl. In Pitra *A. S.*, I, p. 328-329, datur Stephani carmen de s. Procopio. In codd. Ottobon., p. 206, citatur Stephani canon pro translatione s. Nicolai; in *C. C.* (Rocchi, p. 144, 302), notantur canones ad s. Nicolaum et ad s. Gregorium, papam.

**STEPHANUS** *Hagiopolita*, cui, in Menaeis, ad diem VIII sept. in festo Nativitatis B. M. V. attribuuntur idiomela *Σήμερον σπειρωτικαί* in t. II, pl. et *Ἡ ἀπαρχή* in t. I. Cf. etiam Papadop.-Keram. I. B., II, p. 157.

**STEPHANUS** *Sabaita* (Σ. Σαββαίτης) qui et Melodus, saec. IX, scripsit narrationem de martyrio quod viginti monachi Sabaitae die XX martii a. 797 subiere (*A. SS.* mart. III, p. 156). Illum Leontius auctor vitae s. Stephani Thaumaturgi (a nostro Melodo sedulo distinguendi) celeberrimae laurae decus vocat, *τῆς ἡμῶν λαύρας καθήματα*. Celebratur Stephani memoria die XXVIII oct.

Auctor est Stephanus canonis ad s. Cyriacum anachor. in Menaeis, die XXIX sept. inc. *Κλέος θείας*, in t. IV pl.; canonis ad s. Barbaram, et ad s. Ioannem Damasc., die IV dec. incip. *Ὁ τρίας* et *Τῶ τοῖς τοῖς*, in t. II; canonis ad s. Martyres supra laudatos, die XX mart. inc. *Ἐργούς*, in t. IV pl.; canonis ad s. Stephanum Thaumaturgum.

Cf. Papad.-Keram. I. B., II. Stephano in super attribuitur pia quaedam tragaedia de morte Christi ὁ θάνατος τοῦ Χριστοῦ, quae cum opere *Χριστός πάσχω* pseudo-Greg. Nazianzeni minime confundenda est, p. 371.

**STEPHANUS** *Studita*, quem hymnographis annumerat Pitra in *A. S.*, I, p. XLIII.

**STRYMBANGO** (Στρομβάγγων) cuius troparia citantur Papadop.-Keram. I. B., IV, 281.

**STYLIANUS** *Rices* (Στυλιανός Πίκης), corcyrensis, saec. XVI, auctor officii s. Styliani Paphlagon. Venetiis, 1626 (Legrand, *Bibl. hell.*, I, 203). Cf. G. Papadop. *S. M.* p. 294.

**SYCEOTES** (Συκεώτης), auctor idiomelorum : *Τῶν μοναστηρίων*, in t. IV pl., in Vesper. festi s. Antonii, ad diem XVII Januar.; *Ἡ ἀρχὴ ἁγίας Ἀγάθας*, in t. IV pl. ad Vesper. s. Agathae, die V februar.; *Φάλαγγα*, in t. II pl. in Vesper. ss. martyr. Amoriens., die VI martii. Haec carmina, ultimo tamen excepto, auctorem forte habuere Theodorum Syceotem Anastasiopolitanum episcopum (590-613) cuius reliquias Byzantini in ecclesia s. Georgii ad maenia piissime servabant. Sed, ut merito notat G. Papadop. *S. M.*, p. 152, huic Syceoti adscribi nequit ultimum idiomelum cum martyres

Amorienses aetate Theodorum consecuti sint.

**SYMEON** *Metaphrastes* (Συμεὼν ὁ Μεταφραστής) celeberrimus hagiographus, qui et *Magister Logothetae* dicitur, labente saeculo X vixit. Cf. M. Jugie, *Sur la vie et les procédés littéraires de Syméon Métaphraste*, in *E. O.* janv.-mart. 1923, p. 5-11.

In libris liturgicis auctor perhibetur triodii inc. Ἡ ἀπόρρητος, ad diem XX dec. (cf. not. in *Men.* dec. p. 138); prosomoiorum Ἄπας ὁ βίος, fer. IV quintae Hebdom. in Triodio; orationum Ὁ μόνος καθαρὸς, et Ἰδοὺ βαδίζω et Ὁ δοῦς τροφήν, ad Communionem in Euchologio. Praeterea notantur Symeonis Logothetae troparia compunctoria in Lami, *Delic. Eruditorum flor.* 1743, p. 142, stichera et canones ad s. Mariam Aegypt. et ad Deiparam in G. Papadop. *Σ. M.*, 256; stichera alphabetica ad J.-C. in Lampros, *C. A.*, II, 167, canon in dolores B. M. V. *Ibid.* II, 369; stichera alia alphabetica, *Ibid.* 370.

**SYMEON** Studita s. IX, s. Theodori discipulus, cui a G. Papadop. *Σ. M.*, 253, adscribuntur stichera in Ascensionem Domini et in alia festa. Sed notandum est alium exstitisse Symeonem Studitam, saec. XI, quem nimirum Symeonis novi theologi novimus fuisse magistrum.

**SYMEON** *junior Stylita* seu *Thaumastorites* (Σ. ὁ θαυμαστορείτης)

(521-596), quem Graeci una cum Martha, ejus matre, die XXIV maii celebrant. Vocatur *junior Stylita* ut distinguatur a s. Symeone Stylita († 459), cujus memoria die I sept. recolitur; *thaumastorites* vero, « a monte miraculorum », id est a quodam monte prope Antiochiam, in quo plurima Symeon operatus est signa.

FONTES. Ejus vita ab Arcadio discipulo descripta est. Cf. Th. Semenov, *Jitie prepodobnago Simeona*, Kiev. 1898 (rec. a C. Krumbacher, *B. Z.*, VIII [1899], p. 232 s.). Exstat alia Symeonis vita, Nicephoro Urano auctore (*Acta SS.* mai. V, p. 298 s.; *P. G.* t. LXXXVI, col. 2987 s.) qui Arcadii textum ampliavit.

Tria troparia scripsit Symeon occasione terrae motuum qui Antiochiam primum, deinde Constantinopolim turbavere a. 557. In vita ab Arcadio scripta reperiuntur; horum primum, paucis passim mutatis, adhibetur in Menaeis, ad diem XXVI octob., ob commemorationem ingentis terrae motus, quo, die XXVI oct. a. 740, urbs Constantinopolitana quassata fuit.

SUBSIDIA. Papadopoulos-Kerameus, Ὁ ὅσιος Συμεὼν ὁ θαυμαστορείτης ὡς μελωδός, in *V. V.* I (1894) p. 141-150. S. Petrides, *Saint Syméon le nouveau Stylite*, in *E. O.* V (1902) p. 270 s.

**SYMEON** *junior Theologus* (Σ. ὁ νέος θεόλογος), natus in Paphlago-

nia, circa a. 1025, monachus Studita et postea Sancti Mamantis ad Xylokerkum coenobii hegumenus. Ipsi assignatur in Euchologio oratio Ἀπὸ ἐμπροσθῶν ad Communio-nem.

**SYMEON** *Thessalonicensis* archie-piscopus (1410-1429), auctor trio-diorum et proheort. ad s. Deme-trium (Papadop.-Keram. I. B., IV, 150; Lampros, *C. A.*, I, 69). Cf. Allatii, *Diatr. de Symeon.*, 186; G. Papadop. *Σ. Μ.*, 274.

**TARASIIUS** (Ταράσιος) *Constanti-nopolitanus* patriarcha (784-806), Photii patruus, auctor canonis in t. IV pl., in tertiam inventionem capitis s. Joannis Baptistae, Φωνή τοῦ λόγου, ad diem XXV maii. et carminis pro solemnitate ab Ortho-doxia nuncupata (Pitra, *A. S.*, I, 334-335) ut conjici potest ex acros-tichide Τ(αρά)σ(ίου). Recolitur apud Graecos sancti Tarasii memoria die XXV februarii.

**THECARAS** (Θηκαράς) cf. art. Theodulus Thecaras.

**THECLA** (Θέκλα), monacha saec. IX. Composuit canonem ad Deiparam (in Nicod. Hagior. Theotokario, Venet. 1898, p. 22).

**THEOCLITUS** *Philadelphiensis* (Θεό-κλητος Φιλαδέλφειας) cujus canon ad Deiparam citatur in M. B., 166.

**THEODORITUS** (Θεοδώριτος) cui attribuitur canon compunctorius ad Christum. Cf. Lagarde, *Ioannis Euchaitar. metrop.*, Gottingae, 1882, p. 222.

**THEODORUS** *Balsamon* (Θεόδωρος Βαλσαμών) Antiochenus patriarcha 1185-1191 post a. 1195) a G. Pa-padop. *Σ. Μ.*, 266, hymnographis aggregatur.

**THEODORUS** *Coetonites* (Θ. Κοιτωνίτης), Ioannis Euchaitarum metro-politæ nepos. Ejusdem Ioannis composuit officium. Cf. Mai, *Novæ Bibl. PP.*, VI, 184. et Cod. pal. gr. p. 68.

**THEODORUS** *Graptus* (Θεόδωρος ὁ Γραπτός), frater Theophanis Grapti n. 775, m. 27 dec. 844. Cf. artic. *Theophanes Graptus*. Auctor est inediti canonis paracletici in B. Vir-ginem Mariam, cf. Gardthausen, *Catalogus codicum sinaiticorum*, n° 1004, p. 218.

Celebratur Theodori memoria die XXVII dec., et in ejus officio cantatur canon ab ipso Theophane in fratrem martyrem compositus atque acrostichide munitus Τοὺς τοὺς ἀδελφεῖς, γνησίους πλέκω κρότους.

**THEODORUS** *Hadji-Philippides*, saec. XVII, composuit megalynaria officii s. Ioannis Vladimiri (Venet. 1690. Cf. Legrand, *Bibl. hellén.* XVII<sup>e</sup> s. II, 481).



**THEODORUS** *Ducas Lascaris* (Θεόδωρος Δούκας Λάσκαρις) imperator Nicaenus (1252-1269), auctor canonum ad Deiparam (cf. Papad.-Keram. I, 302; II, 154; IV, 282; Lampros, *C. A.*, II, 229; Cod. pal. gr. p. 200), inter quos potissimum notandus est canon paracleticus, Τῶν λυπηρῶν, in t. IV pl. in Horolog. receptus.

**THEODORUS** *Prodromus* (saec. XII). Inter innumera ejus scripta notandus est canon περὶ τῶν ἀντιστοιχῶν cum hac mentione : Θεοδώρου τοῦ πτωχοῦ Προδρόμου (Papadop.-Keram. I. B., I, 375).

**THEODORUS STUDITA** (Θεόδωρος ὁ Στουδίτης). 759-11 nov. 826. Anno 781 saeculo renuntiat et in Saccudione monasticam vitam amplectitur. A. 784 sacerdotio initiat a Tarasio patriarcha. A. 794 Saccudionensis monasterii regimen suscipit. A. 795 Constantinum imperatorem pro excommunicato habendum esse denuntiat. A. 797 Thessalonicam exsilio locum peruenit, die festo Annuntiationis B. M. V. Paulo post, deposito Josepho oeconomio Constantinopolim primum, deinde Saccudionem redit. A. 799 Studii monasterium intra urbem ab Augusta recipit. A. 806 Nicephoro e statu laicali ad dignitatem patriarchalem uno saltu e vecto, intercessionem faciunt Studitae, moxque a communionem Nicephori, Josephum oeconomum in pristinum

gradum restituentis, abstinent. A. 809 coacta contra eos constantinopolitana synodo, in exsiliumpellitur Theodorus. A. 811 Nicephoro imperatore interempto, suo redditur monasterio. A. 814 die IV aprilis, moritur sanctus Plato cujus funebrem laudationem conscribit Theodorus. A. 815 Leoni Armeno contra sacras Imagines bellum moventi resistit Theodorus carcerique mandatur. A. 819 Smyrnam transfertur. A. 821 mense januariario, Constantinopolim, ab exsilio revocatus; redit, quin tamen dilectum Studium repetat. A. 826 die XI nov., hora meridiana, migrat ex hac vita. A. 844 die XXVI januarii, sancti Theodori ejusque fratris, sancti Josephi Thessalonicensis corpora ad Studium transferuntur, ibique in ecclesia sancti Joannis Baptistae, una cum sancti Platonis reliquiis contumulantur. Celebratur sancti Theodori memoria die XI novembris.

FONTES. Vita a Michaele Monacho (A. Mai, *Nova Patrum bibliotheca* VI, 2, 291-363; Migne, *P. G.*, XCIX, 233-328) — Vita altera a Pseudo-Michaele (Migne, *l. cit.*, 113-232) — Naucrati de Theodori obitu encyclica (Migne, *l. cit.*, 1825-49) — Narratio de Tarasio et Nicephoro (A. Mai, *Spicilegium Romanum* VII, Romae, 1842, XXX-XXXII; Ejusd. *Nova Patrum biblioth.* V, 3, IV-VI; Migne, *l. c.*, 1850-1853) — Testamentum (Migne, *l. c.*, 1813-24) — Epitome (Migne, *l. c.*, 105-108) —

Vita s. Nicolai Studitae (Migne, *P. G.*, CV, 901) — Theodori Studitae *Opera* (Migne, *op. cit.*, XCIX) — Theod. Stud. *Epist.* (edit. Mai, in *Nova Patrum biblioth.* t. VIII, Romae, 1871. part. I.)

SUBSIDIA : G. Ceretelli, *Wo ist das Tetraevangelium von Porphyrius Uspenskij aus dem Jahre 835 entstanden?* in *B. Z.* IX (1900) p. 649-653 — E. Marin, *De Studio Coenobio Constantinopolitano*, Parisiis, 1897; ejusdem auctoris, *Les Moines de Constantinople*, Parisiis, eodem anno, *passim*; *Saint Théodore* Collection « Les Saints », Parisiis, 1906 — P. Pargoire, *Saint Théophile le Chronographe et ses rapports avec saint Théodore Studite* in *V. V.*, t. IX, p. 31-102, [*Anal. Bolland.* XXIII, 365 s.]; *La Bonita de saint Théodore Studite*, in *E. O.*, VI (1903) p. 207-212; *Saint Joseph de Thessalonique*, *ibid.* IX (1906) p. 278-282 et 351-356. Cf. etiam *E. O.* (1901) 164 s. — A. Schneider, *Der heil. Theodor von Studion, Sein Leben und Werke*, Münster, 1900.

Qua floreat Theodorus arte, Musam cum lacessit, velim a Pitra haec legendo accipias : « Quamvis in aetate jam sera melodorum flourerit Theodorus Studites, haud sane inter ultimos est : imo primus fortasse recentiorum habebitur : praestat enim inter omnes, non modo canticorum copia et ubertate, sed et proprio Marte suaque Minerva invaluit. Tesseris enim suas habet solemnes, suaque dictionum

symbola, quae dato consilio frequentat, ac si verborum egestate laboret, quantumvis optima linguae opulentia et peritia calleat; quin verba rara et exquisita, vix caeteris nota melodis, cumulat, ac saepe in nova feliciterque inventa exultat. Novos etiam hirmos, ut opinor, induxit, ab optimis veterum melodiis haud degeneres. In primis lucet, lucisque usura ita abutitur ut faces, stellas, sidera plenis manibus effundat : sive autem superos, sive terrenos flores excutit, diligens ut pictor, coloribus instat, nec recedit usquedum penitus, impleta periodo, penicillum exsicaverit. » *A. S.*, I, 336).

I. In libris liturgicis inter plurima, haec inveniuntur sub nomine Theodori Studitae :

1° Idiomela :

Die XI jan. in festo s. Theodosii, ad Vesp. doxast. t. IV pl. Τῶν μοναστῶν.

Die XIII jan. in f. ss. Martyr. Hermyli et Stratonici, ad Vesp. doxast. t. IV pl. Ὅσιοι Πατέρες.

Die XVII jan. in f. s. Antonii M. ad Αιτήν, idiom. t. II, Ἀσκητικόν.

Die XX jan. in f. s. Euthymii ad Αιτήν, idiom. t. III, Ὁλιγρόμενος et t. II, Τῶν ἐν τῷ βίῳ.

Die XI febr. in f. s. Blasii M. ad Vesp. doxast. t. II, pl., Βλαστήσας.

Die XXIII apr. in f. s. Georgii M. ad Magn. Vesp. dox. t. IV, Τὸν νοερόν.

Die XXV sept. in f. s. Euphro-

synae ad Vesp. dox. t. II, Τὸ καθι-  
ρόν.

Die XX oct. in f. s. Artimii ad  
Vesp. dox. t. II, Τὸν νοερόν.

Die XXX oct. in f. ss. Zenobii et  
Zenobiae, ad Vesp. doxast. t. IV  
pl., Ἀσματικόν (quod alii Joanni  
Monacho assignant.)

Die VIII nov. in syn. Archistrat.  
ad Ἀπτόν, idiom. t. II, Τῆς ἀύλου.

Die XIII nov. in f. s. Joannis  
Chrys. ad Ἀπτόν, idiom. t. II, Σὲ  
τὸν μέγαν.

Die XXVII nov. in f. s. Jacobi  
Pers. ad Vesp. dox. t. II, Καρτερῶν.

Die XXVIII nov. in f. s. Steph.  
Jun. ad Vesp. dox. t. II pl., Ἐκ  
βρέφους.

Die XI dec. in f. s. Danielis Styl.  
ad Vesp. dox. t. I pl., Τὸ ἐμπισ-  
τευθέν.

Die XX dec. in f. s. Ignatii Theoph.  
ad apost. Vesp. dox. t. I, Ὡ τῆς  
πατρῶς, et ad apost. Laudum, dox.  
t. I, Στήλη.

Die XXII dec. in f. s. Anastasiae,  
ad Vesp. dox. t. IV, Τῆς ζωηφόρου.

Die XXIII dec. in f. ss. X Martyr.  
Cret. ad Laudes, dox. t. III, Γενναῖοι.

2<sup>o</sup>) Canones plures exstant in  
Triodio (v. g. in Domin. τῆς Ἀπό-  
κρεω, et in sabbato τῆς Τυρινῆς qua  
pulcherrimum carmen de sanctis  
Patribus canitur, etc.) Sed et in  
conficiendis sacrae Quadragesimae  
triodiis necnon in Paracliticae libris  
augendis adjutor Josephi Theodorus  
fuit (vide v. *Josephus Thessaloni-  
censis*).

3<sup>o</sup>) Ἀναβαθμῶδες (seu tria anti-

phona ex binis psalmorum versibus  
et singulis tropariis constantia quae  
recitationem psalmorum in Laudi-  
bus sequuntur) dicitur Theodorus  
composuisse et Octoecho intulisse  
(cf. L. Petit, *Dictionn. d'archéol. et  
de lit. art. Anabathmoi*, col. 1862).

II. *Editiones.* Migne, P. G.  
XCIX, col. 1757-1780 (Canon in  
adorationem Crucis, et canon epi-  
nicius in erectione sanctarum Ima-  
ginum; sed vide vocem *Theodorus  
Studita Junior*) — Christ et Para-  
nikas, *Anthologia* p. 83, 101-102  
(stichera et idiomela varia) — Pitra,  
A. S., I, 336-380 (carmina de s. Paulo  
CP, de s. Euthymio, de s. Ephraem,  
de s. Theodoro Siceota, de s. Aemi-  
liano, de s. Basilio, de s. Athanasio,  
des. Gregorio Nazianzeno, de s. Epi-  
phanio, de s. Nicolao, de s. Joanne  
Chrysostomo, des. Theodoro Duce,  
de ss. Cyro et Julitta, de capite  
s. Joannis Baptistae, de s. Gregorio  
Nysseno, de s. Eustratio, in Mona-  
chorum exequiis, de s. Antonio).

III. *In codicibus manuscriptis,*  
inveniuntur: canon ad Deiparam  
ferens acrostichidem Δέσποινα νεύσον  
πρὸς λιτὰς Θεοδώρου (Lampros, *Cata-  
logue*, II, p. 444, cf. etiam I, 24);  
canon ad Crucem (*ibid.*, p. 381);  
hymnus in sanctum Theodorum  
stratilatum (Rocchi, *Codices crypt.*,  
p. 300); canon catanycticus ad Chris-  
tum, inc. Ὡσπερ ἐκ τάφου (Lagarde,  
*Johannis Euchait. metropolitanae  
quae ex codice Vaticano graeco  
676 supersunt*, Gottingae 1882,  
p. 222), etc.

(Continuabitur catalogus.)

# Hymnographi byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur.)

Casimir Emereau

---

**Citer ce document / Cite this document :**

Emereau Casimir. Hymnographi byzantini - Quorum nomina in litteras digessit notulisque adornavit (Continuatur.). In: Échos d'Orient, tome 25, n°142, 1926. pp. 177-184;

doi : <https://doi.org/10.3406/rebyz.1926.4559>

[https://www.persee.fr/doc/rebyz\\_1146-9447\\_1926\\_num\\_25\\_142\\_4559](https://www.persee.fr/doc/rebyz_1146-9447_1926_num_25_142_4559)

---

Fichier pdf généré le 15/04/2018

# HYMNOGRAPHI BYZANTINI

QUORUM NOMINA

IN LITTERAS DIGESSIT NOTULISQUE ADORNAVIT

C. ÉMEREAU

(*Continuatur.*)

Nota tamen Theodori liturgicis cantilenis eiusdem Theodori epigrammata procul dubio esse praeferenda usque adeo mirabili factiarum lepore, sententiarum acuminibus, verborum delectu, numerorumque elegantia praecellunt. Vitae monasticae officiis et laudibus canendis, maxime vero sacris imaginibus propugnandis numquam impar exstat Studita noster. De his epigrammatibus, vide *G. B. L.*, 712 s.

Cum Pitra hunc pium liturgicum usum apud Studitas vigentem sedulo notaveris : « Studitarum sunt praecipua in beatam Virginem paracletica, *ἑσοτόκια*, *σταυροῦ ἑσοτόκια*. Cosmae et Damasceni canonibus maioribus *ἑσοτόκια* desunt, et qui in octoechum accessere, recentiora videntur. Multis enim exemplis compertum est, Andreae et veterum canonibus additas postmodum fuisse has virgineas coronides, quae etiam nunc in novem aut octo odis exeuntibus nomina referunt *Clementis, Stephani, Athanasii, Nicolai, Euthymii, Arsenii, Epiphanii, Basilii, Michaelis, Isodori, Philippi, Procopii, Methodii, Demetrii, Nicodemi, Danielis Theodoti*; quos totidem esse Studitas variis argumentis ultro efficiam, sed alias explicandis. Ea igitur Studitarum laus erit, ut singulis in canonum odis epodia Virgini dentur; ut singula post stichera et idiomela, prius oblata *ὁδῶν*, ad Trinitatem, *στίχους καὶ ὄν* sic compleatur, ut in *ἑσοτοκίῳ* salutetur Deipara, in *σταυροῦ ἑσοτοκίῳ*

Virgini stanti ad crucem condoleatur. Quo fit, ut media fere pars totius officii graeci, a decem saeculis, in laudes *τῆς Παρθένου* effundatur; quae quum sit *ἐλπίς ἀνελεπίζομένων*, in spem id me obstinatam adducit futurae Graecorum in unitate catholica instaurationis. » (*A. S.*, I, XLIII.)

**THEODORUS** *Studita Iunior*, monachus, s. ix, Naucratii successor in Studii praefectura. Theodoro illi non absurde adscribitur *Canon epinicius in erectione ss. Imaginum* (*P. G.*, XCIX, 1768-1780; cf. *ibid.*, p. 15).

**THEODORUS** *Toscani*, hieromonachus Cryptoferratensis († 3 nov. 1867). Componendo officio in honorem s. Iosaphati, ex ordine Basiliano, ep. Polocensis et martyris, operam dedit; inchoatum vero canonem *Ἐν τῆς λαμπρότητι*, cum morte praereptus absolvere non potuisset, Iosephus Cozza ab ode VII ad finem usque perfecit. Speciali mentione digni sunt quos scripsit Toscanus libri : *De Immaculata Deiparae Conceptione Hymnologia Graecorum* (una cum Iosepho Cozza), Romae 1862; et *Ad Typica Graecorum ac praesertim ad Typicum Cryptoferratense S. Bartholomaei Abbatis Animadversiones*, Romae 1864.

**THEODOSIA** (*Θεοδοσία*). Citatur ab Allatio, *Contra Hottinger*. Romae,

1661, p. 217, et ipsa μελωδός appellatur ut quae canonem in s. Ioannicium composuit. Cf. Pitra, *Hymnographie*, p. 55.

**THEODOSIUS** (Θεοδόσιος) *diaconus*, saec. x auctor operis "Ἀλωπις τῆς Κρήτης. Haud absurde auctor perhibetur officii in honorem Nicephori Phocae compositi (ed. a L. Petit, *Office inédit en l'honneur de Nicéphore Phocas*, in *B. Z.*, XIII [1904], 398-421).

**THEODOSIUS** *Syracusanus* episcopus saec. viii auctor tropariorum pro Quadragesima. Sed exstat alius Theodosius Syracusanus († post 880) qui Syracusanam expugnationem descripsit; hic etiam inter hymnographos recensetur.

**THEODOTUS** (Θεόδοτος) Studita, de quo Pitra, *A. S.*, I, p. LXIII.

**THEODULUS** *Thecaras* (Θεόδουλος Θεκαρᾶς) monachus, auctor plurimorum carminum, musicus simul et poeta. Florilegia excrispsit quorum mentio haud semel in codicibus occurrit. A Thoma Magistro, saec. xiv, de quo cf. Krumbacher, *G. B. L.*, p. 548 s. probabiliter non est distinguendus. Cf. Lampros, *C. A.*, I, 17; Zaviras, *N. E.*, 312; G. Papadop., *Σ. M.* 276.

**THEOLEPTUS** (Θεόληπτος) Philadelphiensis metropolita, circa 1310, auctor canon. ad I.-C. (Lampros,

*C. A.*, II, 167; Papad.-Keram. I. B., IV, 252) ad Deiparam et in extremum iudicium. Cf. G. Papadop., *Σ. M.*, 276.

**THEOPHANES** *Cerameus* (Θ. Κεραμεύς), archiepiscopus Tauromenii in Sicilia, saec. xii, de quo sermo habetur in *P. G.* CXXXII. Melodis byzantinis aggregatur a G. Papadop. *Σ. M.*, p. 261, et ipsi canon in Annuntiationem, nomine Ioannis Monachi in Menaeis inscriptus, assignatur a Fabricio, *B. G.*, t. X, p. 334; t. XIII, p. 613; t. XIV, p. 718.

**THEOPHANES GRAPTUS** (Θεοφάνης ὁ Γραπτός), archiepiscopus Nicaenus, n. 778 — m. 11 oct. 845. Celeberrimi sunt in ecclesia byzantina Theodorus et Theophanes fratres « grapti ». Nati sunt Hierosolymis, piissimis ex parentibus. Ambo coenobii S. Sabae facti consortes. litterarum artiumque honestarum disciplina a Michaele monacho egregie instituti sunt, quibus Ionas, eorum pater, ut vitam monasticam etiam ipse profiteretur, sese adiunxit. Sed vixdum monasterium a Σπουδαίσις dictum una cum eodem Michaele, Thomae patriarchae tunc syncellum agente ingressi erant Theodorus et Theophanes, cum Constantinopolim, Romam ut inde peterent, missi fuerunt. Lites enim tunc habebant Sabitae cum monachis ordinis S. Benedicti, quas Romanus Pontifex necesse erat componeret. Sed

et ingruere Arabes Palaestinorum agris duraque civibus imponere tributa quos ut exoneraret, imperatorem obtestaturi Constantinopolim veniebant hierosolymitani monachi. Hanc igitur ad urbem, initio anni 813, pervenere Michael Syncellus, Theodorus atque Theophanes, et vi iuris Palaestinis monachis acquisiti apud Choritas hospitio recepti sunt. Iam vero motae fuerant de sacris imaginibus omnigenae turbae, quarum fluctibus adeo iactati sunt Theophanes et Theodorus ut inceptum ad Romam iter abrumpere coacti fuerint. Et imprimis quidem Leoni Armeno ipsos Iconoclastarum partibus adhaerere iubenti, audacter resistunt durumque in carcerem coniiciuntur. Deinde Leone saeva morte perempto, in monasterium a Sosthene dictum, et ad occidentalem Bospori oram situm, secedunt. Anno vero 834, iussu Theophili imperatoris sacrarum imaginum hostis infensi, in insulam Aphasiam ad Propontidis ora relegantur, unde duobus post annis Constantinopolim reducuntur eo nempe fine ut illos una secum sentientes imperator nanciscatur. Die vero XVIII iulii a. 836, in praetorium adducti, horrendum sebeunt supplicium: eorum nempe frontibus duodecim iambicos versus inuri iubet Theophilus, unde Γραπτῶν cognomen obtinuerunt Theodorus et Theophanes.

Talia postquam perpessi fuere martyres, novo exilio, prope Κάρτα

λιμήν, mulctati sunt. Exulabat eodem tempore et ipse sanctus Methodius, quem Theophilus in insulam Panormum (nunc Antigonon dictam) relegarat et monumento includi iusserat. Pium inde ac lepidum Methodium inter et Graptos institutum est litterarum commercium, scribentibus namque Theodoro et Theophane :

Τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ  
Ναίοντι τὴν γῆν καὶ πολοῦντι τὸν πόλον,  
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι τῷ δεσμίῳ.  
respondente vero Methodio :

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγρά-  
[φους  
Καὶ πρὸς μέτωπα σωφρόνως ἐστιγμέ-  
[νους  
Ἦροσεῖπεν ὁ ζῶθαπτος ὡς συνδεσμίους.

Mortuus est Theodorus, ut fertur, Apameae Bithyniae, die XXVII decembris a. 844; Theophanes vero, postquam a. 843, Orthodoxiae seu verae fidei triumphum una cum Methodio et Michaele Syncello plausibus carminibusque exceperat, favente eodem Methodio, Nicaenus archiepiscopus electus est, quo quidem in munere vita functus est die XI octobris 845. Recolitur apud graecos sancti Theophanis Grapti memoria die XI octobris; apud Latinos vero, celebrantur simul Theophanes et Theodorus, die XXVII decembris.

FONTES. Perdoctie recensentur et explorantur a S. Vailhé, *Saint Michel le Syncelle et les deux frères*



*Grapti, saint Théodore et saint Théophane*, in *R. O. C.*, VI (1901), 313-332, 610-642.

Theophanes una cum Ioanne Damasceno et Cosma Hierosolymitano cantum ecclesiasticum ordinavit, teste Cedreno, *Hist. Comp.*, P. G., CXXI, 877: Ὁ ὁσιος Ἰωάννης καὶ μελωδὸς ὠνομάσθη, μετὰ Κόσμα τοῦ ἐπισκόπου τοῦ Μαΐου μᾶ καὶ Θεοφάνους ἀδελφοῦ Θεοδώρου τῶν Γραπτῶν διὰ τὸ αὐτοὺς μελωδοῦναι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῶν Χριστιανῶν τετυπωμένα ψάλλεσθαι. Et ut scribit Pitra, *A. S.*, I, 408, Theophanes, cum Iosepho et Theodoro Studita in sacrum triumviratum cooptatur, quo melodorum saeculi IX chorus longo agmine ducitur.

EDITIONES. Pitra, *Hymnographie*, p. cxiii-cxvii, canon in s. Petrum; p. cxxxi-cxxxvii, canon in ss. Apostolos. — Christ et Paranikas, *A. G.*, idiomela et stichera, 121-130; canon in Annuntiationem B. M. V., 236-242. — Pitra, *A. S.*, I, cantica Theophanis in Epiphaniae lumina, 408-410. — Petrides, *Office inédit de saint Romain le Mélode*, *B. Z.*, XI (1902), canon Theophanis in s. Romanum, 363-369.

In *libris liturgicis*, Theophani permulta assignantur carmina; a quibus enumerandis, post iam recitatos Ioannis Damasceni et Iosephi innumeros hymnos, abstinere. Hanc tamen tabulam haud inutile erit adstruere:

1) *Idiomela*: XIV, XV, XVI sept.

IX oct. I nov. V dec. II, VI ianuar. XXV mart. XXIII apr. XXIX iun. I iul. XV aug. Adde duo idiomela in Triodio, tria in Paracletice et unum in Pentecostario.

2) *Canones*: II, III, IV, V, VII, XV, XVII, XX, XXVI, XXVIII sept. III, IV, VI, VII, IX, XI, XIII, XV, XVII, XVIII, XIX, XXI, XXIII, XXIV, XXVI, XXVIII oct. II, VI, XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXIII, XXIV, XXV, XXVII, XXVIII, XXIX nov. I, II, III, V, VI, VII, VIII, XI, XII, XIV, XVI, XVII, XXIV, XXVI, XXVII, XXX dec. III, IV, VII, IX, XVII, XVIII, XIX, XX, XXII, XXIII, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX ian. I, IV, V, VIII, IX, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XXI, XXIII, XXVIII febr. III, VIII, IX, XI, XII, XVI, XVIII, XXVI, XXVII mart. I, II, III, IV, VI, XII, XVIII, XXIII, XXV, XXX apr. IV, VIII, IX, X, XII, XIV, XV, XVI, XIX, XXIII maii. I, IV, VIII, IX, XI, XVI, XIX, XX, XXIII, XXV, XXIX, XXX iun. I, III, IV, VIII, IX, XIII, XVII, XVIII, XXII, XXVI, XXVII iul. II, VII, VIII, IX, XV, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII aug. Adde tres canones in Triodio, quatuor in Pentecostario et quatuor in Theotokario Nicodemi Hagioritae.

In *codicibus* citantur: a) in Papadop.-Keram. I. B., II, canones ad s. Onuphrium (p. 122), ad ss. Manuel, Sabel et Ismael (p. 123), ad s. Iudam apost. (p. 124, in Menaeis hic canon Iosepho adscribitur), ad s. Iulianum, mart. (p. 125), ad s. Pe-

trum (p. 128, iam a Pitra, *Hymnogr.*, CXIII, edit.), ad s. Paulum (p. 128, anonym. in Menaeis), ad s. Marcum (p. 130), ad s. Acacium Melitenensem (*Ibid.*), ad s. Ioannem Palaeolaur. (*Ibid.*), ad s. Timotheum (*Ibid.*), ad s. Iosephum Thessalonic. (*Ibid.*), ad s. Romanum Melodum (p. 132, cf. supra edit.), ad ss. Sergium et Bacchum (*Ibid.* anonym. in Menaeis), ad s. Cosmam (*Ibid.*), in Vigil. Assumptionis B. M. V. (p. 187), ad s. Euschemonen (p. 370), in Annuntiationem B. M. V. (p. 371), ad s. Sabinum (*Ibid.*), ad s. Paphnutium (*Ibid.*), ad s. Marcum (p. 372), ad s. Sebastianam (*Ibid.*), ad s. Acacium (p. 373), ad Deiparam (p. 547), etc. — *b*) in Lampros, *C. A.*, canon in Annuntiationem (I, 57). — *c*) in Rocchi, *C. C.*, canones ad ss. Cyprianum et Iustinam, ad s. Dionysium, ad s. Hierotheum, ad s. Thomam apost. (p. 291), ad s. Paulum Confessor., ad s. Theodorum Studitam, ad s. Nilum Sinaitam, ad s. Ioannem Chrysost., ad ss. Guriam, Samonam et Abibum, ad s. Platonem (p. 293), ad s. Abdiam, ad s. Amphiloichium, ad s. Iacobum Persam (p. 294), ad ss. Thyrsam, Leucium et Aggaeum (p. 295), ad s. Eugeniā (p. 296), ad s. Malachiam (p. 298), ad s. Gordiam (*Ibid.*), ad s. Ioannem Praecursorem, ad s. Polyeuctum, ad s. Antonium, ad s. Macarium, ad s. Euthymium, ad ss. Timotheum et Anastasium, ad s. Clementem, ad s. Gregorium

Nazianzen. (*Ibid.*), ad s. Ephrem, ad s. Ignatium (p. 299), ad s. Tryphonem, ad s. Isidorum Pelusiotam, ad s. Agatham, ad s. Faustam, ad s. Zachariam, ad s. Nicephorum, ad s. Martinianum, ad s. Auxentium, ad s. Onesimum, ad s. Pamphilum, ad s. Leonem (p. 300), ad s. Polycarpum, ad s. Basilium (p. 301), ad ss. monachos Sabaitas (p. 302), etc. In Lagarde, *Iohannis Euchaitar. metrop.*, canon paraclit. ad Virginem Deiparam (p. 222). Etc.

**THEOPHANES** *Musaeus* (Θ. Μουσαῖος), hieromonachus saec. XVIII, auctor megalynariorum in honorem s. Theophanis. Cf. G. Papadop. Σ. Μ., 326; Bretos, Ν. Φ., I, 84.

**THEOPHANES SICULUS** (Θεοφάνης Σικελός), saec. IX. Auctor est canonis ad s. Beryllum, episcopum Catanensem, inc. Ἄβρον Θεῶ (edid. Papadopoulos-Kerameus, in *B. Z.*, IX [1900], 373-378).

Ipsi etiam haud immerito adscribendi sunt: canon ad s. Marcianum, Syracusanae urbis patronum cum acrost. Χαίρων πλέκω σου, Μαρκανέ, τοὺς κρότους (ineditus exstat in cod. 128 monasterii Sanctissimi Salvatoris Messanae, nunc in Bibliotheca huius urbis et in cod. 578 sancti Sabbae Hierosolym. [Papadopoulos-Kerameus, I. B., t. II, p. 597.] De hoc canone, vide Lancia di Brolo, *Storia della Chiesa in Sicilia nei primi dieci secoli del Cristianesimo*, Panorm. 1884, t. II, p. 337-

339; Petrides in *E. O.*, IV [1901], p. 285; Théarvic, *ibidem*, VII [1904], p. 164-165) — canon ad s. Theoclitum, Cucumanum (in Men. die IV ian., t. II, inc. Τῆς τρυφῆς) — canon ad s. Agatham, virg. et martyrem (in Men. die V febr., t. II, inc. Τῶν ἀγαθῶν) — canon ad s. Agrippinam, virg. et martyrem (in Men. die XXIII iun., t. IV, inc. Τῶ φέγγει) — canon ad s. Pancratium, episc. et mart. Tauromen. (in Men. die IX iul., t. I, inc. Ὑπέριμον).

SUBSIDIA. Lancia di Brolo, *op. cit.* — Papadopoulos-Kerameus, (Θεοφανῆς Σικελός, in *B. Z.*, IX (1900), p. 370-378. (Theophanes Siculus, auctor canonis ad sanctum Beryllum, non distinguendus esset a Theophane illo ad quem scripsisse Photius perhibetur [*P. G.*, CII, 923-926], qui etiam Iosephi Hymnographi vitam resque gestas celebravit [vide *Iosephus Hymnographus*]). — Ejusdem auctoris, ad Petridis, *op. cit.*, responsio in Νέα ἡμέρα Tergest. n. 1406 et 1407, 10/23 et 17/30 nov. 1901. — Petrides, *Les Mélodes Cyriaque et Théophane le Sicilien*, in *E. O.*, IV (1901), p. 284-287; Théarvic, *A propos de Théophane le Sicilien*, *ibid.*, VII (1904), 31-34, 164-171. (Refutatur Papadopoulos-Kerameus, verique similior astruitur thesis, cujus conclusiones sic se habent :

« 1°) *La lettre au moine Théophane est sûrement de saint Théodore Studite, nullement comme le veut M. Papadopoulos-Kerameus, de Photius.*

« 2°) *L'existence d'un mélode Théophane de Sicile, du IX<sup>e</sup> siècle, était*

*connue du monde savant dix-sept ans avant la découverte de M. Papadopoulos-Kerameus.*

» 3°) *Ce mélode, auteur certain du canon à saint Bérylle de Catane, est sans doute aussi l'auteur de plusieurs autres canons à des saints siciliens gratuitement inscrits par M. Papadopoulos-Kerameus au compte de Théophane Graptos.*

» 4°) *Théophane le Sicilien ne semble pas, malgré les affirmations contraires de M. Papadopoulos-Kerameus, devoir être identifié avec l'higoumène Théophane, disciple de saint Joseph l'Hymnographe à Constantinople.*

» 5°) *Ce disciple de saint Joseph n'en est pas moins, semble-t-il, un mélode auquel il faut vraisemblablement attribuer le canon au saint Jean du 18 avril.* »

Haec Théarvic, *op. cit.*, p. 171.)

**THEOPHANES**, Iosephi Hymnographi discipulus et biographus, saec. IX. Composuisse dicitur canonem ad s. Ioannem, discipulum s. Gregorii Decapolitae (in Men. die XVIII apr., inc. Τῆ τῶν παθῶν). Cf. Théarvic, *A propos de Théophane le Sicilien*, in *E. O.*, VII (1904), p. 168 s.

**THEOPHYLACTUS** (Θεοφύλακτος), auctor paracletici canonis de morte (Rocchi, *C. C.*, p. 254 in cod. saec. XI ineuntis). Rocchi, *op. cit.*, p. 254, eum esse Theophylactum arbitratur quem Pitra (*Hymnographie*) in catalogo Melodorum Lopatinski cognominat.

**THEOSTERICTUS** (Θεοστῆρικτος), auctor canon. ad Deiparam. (Cf. Papadop.-Kerameus, I. B., II, 99; M. B., 98; Lampros, C. A., I, 137), in Horolog. recepti; incip. Πολλοῖς συνεχόμενος. Saec. IX, assignat hunc Theostericum monachum G. Papadop. Σ. Μ., p. 246.

**THOMAS** (Θωμάς), auctor canonis

compunctorii. (Lampros, C. A., II, 284, cod. XIII.) Exstat canon pro confessione Thomae *monacho* adscriptus in Ottobon. cod. p. 256 (cod. XV s.).

**TIMOCLES** (Τιμοκλήτης), saec. V. Anthimus et Timocles tropariorum poetae, οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταί a Theodoro Lectore (P. G., LXXXVI, 1-173) vocantur.